
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XVI
D
10
NAPOLI


DISSERTATIO
R. P. D.
MARCELLI SEVEROLI

Pro Iure

Ven. Capituli Generalis Sac. Ordinis Carthusiensis.

In destituendis, & instituendis Prioribus.







ROMÆ, Typis Reu. Cam. Apostolicæ MDCC.

1 

VM in venerabili, & clarissimo Carthusiensium Ordine, commune, seù generale Capitulum singulis annis celebrandi vetus sit vsus, vt testantur Clemens III. *in Constit.* 2. §. *Præterea*, & Celestinus III. *in Constit.* 14. *pariter* §. *Præterea inter Priuileg. eiusd. ordin.*, Edita etiam quoad hoc peculiari sanctione per Capitulum generale anni 1151. sub Basilio Priore Maioris Carthusiæ, & Ministro Generali octauo à Fundatione Ordinis, quam Sanctionem Gaufridus Episcopus Gratianopolitanus confirmauerat, vt de his, quæ ad vtilitatem Ordinis pertinere videntur, diligentissimè tractetur, cuius correctioni, & emendationi, tàm ipsius Maioris Domus, quàm cæterarum Priores, & reliqui Ordinis Superiores sunt subiecti; vt legere est in antiquis eiusdem Ordinis Statutis *part.* 2. *cap.* 2. & refert *Martene de antiq. Monachor. ritib. lib.* 2. *cap.* 27. *num.* 5., quod postmodum plures Summi Pontifices ratum habuerunt, & nouis iussionibus seruari mandarunt, vt præcipuè Alexander III. & Innocentius III., quemadmodum summatim adnotat *Camillus Tutinus in Prospect. Histor. Ordin. Carthusiens. fol.* 30. *ad ann.* 1163. *vers. Alexander III. & fol.* 42. *ad ann.* 1208. *vers. Idem Pontifex*; Absque vlla hæsitatione respondendum, quod Capitulum generale ità congregatum, liberà, absolutaque iurisdictione vtatur, Priores, seù remouendi, si qui criminosi sint, siuè absoluendi, faciendo eisdem misericordiam, quam de more in ipsis Capitulis generalibus postulare tenentur, in ipsorumque locum alios substituendi, seù de nouo ordinandi.

II. Ad cuius assertionis veritatem euincendam, licet satis esset referre id, quod aliàs contigit in casu cuiusdam D. Ægidij Testæ olim Prioris Domus Carthusiæ Patauinæ, cui, cum post reditum à Capitulo generali fuisset denuntiatum decrètum Prioris Maioris Carthusiæ, tunc temporis Ministri Generalis Ordinis, quò declarabatur, ipsum fuisse à suo Prioratu absolutum, siuè remotum, eique suffectum D. Bonauenturam Benatum nouum Priorem institutum: Id ipse ægreferens, Iurisdictionem eiusdem Ministri Generalis in dubium reuocauit, iudiciariam viam etiam ingres-

 sus,

ſus, illius decretum nullitatis,& iniuſtitiæ vitio redarguendo, potiſſimum ex eo, quod nulla videretur Miniſtro generali competere quoad hoc facultas, maximè poſt publicatam Cartam Capitularem, in qua illius Conſeſſus reſponſa deſcribuntur, dum in ea definitum apparebat ei nullam factam miſericordiam, hoc eſt à ſuo Prioratu minimè abſolutum; ſed in illius adminiſtratione perſeuerare debere, ſibi permiſsum eſse; atque propterea non potuiſse ab eodem Generali propria facultate remoueri, maximè ſine cauſæ cognitione, & formatione proceſsus, & abſque citatione, nulliſque datis defenſionibus, quodammodo etiam concedendo ipſiuſmet Capituli Generalis poteſtatem in deſtituendis Prioribus, atque illam deducendo ad ſui fauorem, vt negaret eidem Priori Maioris Carthuſiæ, ſiuè Miniſtro Generali Ordinis poteſtatem deſtituendi, poſtquam in eodem Capitulo generali ſibi non fuerat facta miſericordia, vt patet ex reſponſo Iuriſconſultorum Collegij Patauini, ad eiuſdem D. Ægidij requiſitionem reddito *ſub die 2. menſis Septembris anni 1630. & impreſſo Patauij apud Variſcum Variſci ad Puteū pictum in fol.* Qua tamen contentione deuoluta ad Sedem Apoſtolicam, ad quam ipſe prouocauerat, diſputatàque Causà in Sacra Congregatione ſuper negocijs Epiſcoporum, & Regularium, atquè Eminentiſs. Patrum ſuffragijs ad ſan: me: Vrbanum VIII. delatis, idem Summus Pontifex auctoritate apoſtolica peculiari decreto expedito per breue *ſub die 26. Martij 1631.* declarauit prædictum D. Ægidium validè fuiſse à Prioratu abſolutum, ac miſericordiam conſecutum per Miniſtrum generalem Ordinis, perpetuo ſilentio eidem controuerſiæ impoſito; Vndè ſi in fortiori caſu adeſt Pontificia deciſio, quod nempè ſoli Miniſtro generali abſque generali Capitulo potuerit competere huiuſmodi facultas, cuius poteſtas, & iuriſdictio certè eſt minor illa Capituli generalis, vt infrà probabimus, multò magis dicendum erit eadem deciſione fuiſſe definitum, id competere ipſi Capitulo generali, cum in Cauſis, quæ Pontificio iudicio deciduntur, quiſque ſciat illius ſententiam eſſe non ſolùm legem illius Cauſæ, pro quà producta eſt, ſed in omnibus ſimilibus, vt declaratum fuit ab Innocentio III. *in cap. In Cauſis 19. de ſenten. & re iudic.* & anteà quoad Sanctiones, ſeù Deciſiones Imperiales,

fuerat

fuerat dictum ab Imperatore Iustiniano *in l. si Imperialis* 11. *siuè final. C. de Legibus*. Adhuc tamèn peculiaribus rationibus, proprioque iure respectu Capituli generalis id clarum, manifestumque fit.

III. Certum siquidem est quod *de antiqua, & approbata Ordinis consuetudine, singuli Priores, Rectores, Priorissę, & Vicarij Monialium eiusdem Ordinis in singulis Capitulis generalibus per se ipsos si pręsentes fuerint, alioquin per literas misericordiam petere tenentur: quod si non fecerint, nihilominus pro petita habeatur*, vt sunt verba Statutorum in tertia compilatiotione facta sub Francisco de Puteo Ministro Generali trigesimo quarto, anno 1509. *Cap. 9. de Capitulo generali &c.* Et sane, quod Capitulum generale faciendo Prioribus misericordiam, de antiquà, & approbata Ordinis consuetudine, seù remouere, & nouos instituere, seù ordinare, satis aperte remanet declaratum in noua collectione Statutorum, eà ratione factà, vt omnia, quæ in antiquis, & nouis Statutis, ac tertia compilatione confusa, & dispersa habebantur, indeque à Sancta Sede Apostolica præuia peculiari Cardinalium Congregatione specialitèr deputatà, mâturè examinata, auditisque Monasterijs contradicentibus in formà specificà confirmata fuerunt, in quorum *par. 2. cap. 22. de Generali Capitulo*, sic legitur dispositum: *Omnes Priores insequendo communem obedientiam generali Capitulo promissam, & debitam, petunt misericordiam, vt super his, idest super eorum absolutione, confirmatione, aut mutatione, possit in Definitorio posteà deliberari: Ac primus omnium Reuerendus Pater prostratus petit misericordiam, cui Prior antiquioris Domus Ordinis ex pręsentibus respondet. Deindè singuli Priores ibidem pręsentes, singillatim similitèr prostrati petunt misericordiam, & absolutionem à suis Prioratibus; Priores verò absentes, Vicarij, & Priorissę Monialium per literas misericordiam similitèr petere tenentur in singulis Capitulis generalibus, quod si non fecerint, nihilominùs prò petità habeatur, & Monachi licet non petierint ad assignatas sibi Domos se transferre teneantur*: & rursus *num.* 34: dicitur: *Vltimo die Capituli scilicet ferià quintà postquam in Diffinitorio omnia expedita fuerint, & Charta correcta, post vesperas in Ec-*

clesia dictas, dato signo conuocantur omnes in Aulam, & congregatis omnibus primo leguntur nomina Defunctorum, quę communitèr eueniunt post lecturam aliorum, prò quibus dicitur Deprofundis &c. cum alijs precibus vt suprà; Quibus completis Scriba Capituli legit residuum Chartę, & Priores, qui ibidem præsentes sunt, si nondum viua voce promiserunt Capitulo obedientiam pro se; & domo, cuius sunt Priores, quando in dispositione Prouinciam Scriba eos nominat dicens Priori tali non fit misericordia, tunc ipse, qui nominatur statim antè Reuerendum Patrem accedens prostratus petit misericordiam Capitulo generali prò se, & Domo tali sibi commissa; Quando autem Scriba nominat aliquem Priorem, cui fit misericordia, tunc ille, qui nominatus est, si prçsens est, accedens antè Reuerendum Patrem prostratus dicit culpam suam, & surgens veniam petit de negligentiis, & defectibus commissis in administratione Domus anteà sibi commissę, traditque Reuerendo Patri Sigillum Domus suę; similitèr fit cum mutantur Priores de Domo in aliam Domum. Huiusmodi enim verba videntur satis clara ad significandum, quod penès idem Capitulum resideat ius faciendi misericordiam, hoc est absoluendi, & destituendi Priores, qui confirmatione digni non dijudicantur, atque illos etiam confirmandi, siuè de vna in aliam Domum mutandi, cum aliàs fuisset frustratorium dicere, Priores misericordiam in illo petere teneri, vt super eorum absolutione, confirmatione, aut mutatione possit in Definitorio posteà deliberari, si alias ipsi generali Capitulo facultas ista deesset, & si sub ista mutatione non esset compræhensa potestas, tàm destituendi, quàm etiam instituendi, & ordinandi Priores, cum alitèr mutatio fieri nequeat, quàm destituendo remotos à gradu, & instituendo alios subrogatos, vt de se patet, & est Textus apertus in *Can. mutationes 34. vers. Nam sicuti Episcopi caus. 7. qu. 1.* ac colligitur ex ipsa definitione mutationis, de qua *Sebastianus Medices de definition. par. 2. cap. 27. num. 4. cum ibi allegat.*

IV. Ponderatis etiam illis verbis, quibus fuit sancitum, quod Monachi, siuè Priores, qui misericordiam non petierint, adhùc ad assignatas sibi Domos se transferre teneantur, cum verbum

bum illud *assignatas* præcedentem collationem, seù Institutionem præsupponat, vt sunt Textus clari in *cap.inter dilectos 40.in fin.de excess. Prælator. & in cap. si Beneficia 20. in princ. de præbend. lib.6.* in quorum postremo id egregiè explicant Repetentes, & præcipuè *Geminian. num.3. & Franc. num.2.* Necnon animaduerso, quod simili ferè formula, qua loquuntur Statuta præfata, vsi fuerunt plures Summi Pontifices confirmando, & tribuendo par ius Congregationi Cassinensi destituendi Abbates locales in eorum Capitulis, & Dietis generalibus, vt præcipuè Paulus V. *constit.261. num.13.* Vrbanus VIII. *constit.313. n.3. & 4. in Bullar. Cassinenens. Margurini.* Et demum expensa ratione ex notissimis, & indubijs Iuris regulis elicita, quod nempè omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, de qua in *cap. 1. de regul. iur.* quod nihil tàm naturale est, quàm eodem genere quodque dissoluere, quo colligatum est, de qua in *l. nihil 36. ff. de regul.iur.* & quod, eius est nolle, qui potest, & velle, de quo *in l. eius 3. ff. eod.* vt sic si auctoritate Capituli generalis in Ordine Carthusiensi poterit quis à Prioratu absolui, seù remoueri, faciendo sibi misericordiam, proùt ex verbis relatis Statuti nequit contendi, vtique etiam ex eisdem clarum fit idem Capitulum generale posse illos instituere, seù eligere, vt dicatur nolle, quod potest velle, & quod per easdem Causas munus Prioratus dissoluatur, per quas nascitur, & colligatum remanet, desumpto propterea, tàm ex naturà rei, quàm ex naturà Causæ argumento ab expresso ad tacitum, quod in iure est validum, & frequentissimum, vt plenè ostendit *Euerard. in Topic.legal., siuè in loc. argument. legal. loc. 27.* & eodem planè modo differendo, quo præfatis regulis adductis ad rem differit *Pellizar.in manual. regular. tom.2. tract.9. cap. 8. seù 3. n.103.*

V. Quapropter, cum in Ordine Carthusiensi Statuta vt plurimum sint Consuetudines in Scriptis redactæ, quemadmodum Guigo Minister Generalis quintus, & Prior Maioris Carthusiæ, morum Sanctitate, & doctrina illustris, vt patet ex his, quæ ad ipsum scripserat *S. Bernardus Epist. 11. & 12.*, adnotauerat in Prologo ad Statuta, seù Consuetudines, quas ipse primus, ne temporis tractu à memorià laberentur, scripto digessit, & huius-

 modi

modi Statuta in eodem Ordine prò regulà habeantur, vt notant *Boer. de stat. & vit. Eremitar. num. 4. Suarez de religion. tom. 4. tract. 8. lib. 1. cap. 1. sub num. 6. Gargias in Politic. regular. tom. 1. tract. 5. diffic. 1. dub. 2. num. 2. Zipeus respons. de iur. Canonic. lib. 3. tit. de regularib. respons. 1. §. Iterum non obstat vers. & quamquam, Hasten. disquisit. Monastic. lib. 1. tract. 9. disquis. 4. Caramuel Theolog. regular. par. 1. lib. 5. disput. 34. num. 341. Anton. a Spiritu Sanct. director. regular. par. 2. tract. 3. disput. 6. sect. 3. num. 465. Gibalin. scient. canonic. tom. 2. lib. 5. cap. 7. qu. 1. num. 13.* Vndè eadem Statuta regulam vocasse Summum Pontificem Benedictum XIII. animaduertit Gregorius Prior Domus Montis S. Ioannis Baptistæ propè Friburgum Prouinciæ Rheni *in Epist. dedicator. ad Priuileg. Ordin. a se collect.* Vtique his attentis nullum videtur remanere dubium, quoad assertam facultatem, & potestatem Capituli generalis, ne dùm destituendi, sed & instituendi, dùm alias est certum indistinctè in omnibus Ordinibus regularibus, quod electiones, & istitutiones Superiorum sunt dirigendæ secundum propria instituta, & ordinationes, vt elicere est ex *Clementin. de Paradiso de verbor. significat.* ex Decreto *Sacri Concilii Tridentini sess. 25. de regularib. cap.* 7. & ex *Clementis VIII. Constit. 60. §. 23. qua confirmat decreta super reformat. regular. Bullar. nou. tom. 4. fol.* 60. tradunt post alios, *Barbos. vot. decisiu.* 106. *num. 9. lib. 3. Donat. in prax. rer. regular. tom. 2. tract. 3. de tempor. election. qu. 1. num.* 8. Propterea id multò magis dicendum erit de Ordine Carthusiensi, cuius statuta, & ordinationes semper fuerunt habita in summa veneratione in Ecclesia, vt testatur *S. Antonin. in Summ. par. 3. tit. 16. cap. 1.* §. 5. atque ex eo repetit *Cassan. in Catalog. glor. mundi par. 4. consid.* 62.

VI. Quæ omnia magis firma, certioraque redduntur ex diutina praxi, & obseruantia plurium Capitulorum generalium, in quibus cum petijssent Priores misericordiam absoluti sunt, alijque in ipsorum locum suffecti; Sic enim fuit facta misericordia anno 1336. Priori Domus Sellionis, illique subrogatus D. de Girardis de Villa Martiniæ, anno 1355., Rectori Domus Salutis, in eàque institutus Vualframus Monachus Nouæ Cellæ; anno 1359.

Boni-

Bonifacio Domus Casularum; eoque remoto ob malam administrationem iniunctum præceptum, vt nouæ electioni consentiret factæ in personam Ioannis de Casa Monachi eiusdem Domus; anno 1372. Priori Domus Bassæ Villæ, ibique præfectus Martinus Monachus eiusdem Domus; anno 1379. Prioribus Domus Montis Riccij, & Domus Portæ Cæli, quarum primæ præfectus Ioannes de Orto Monachus Vallis Benedictionis, & posteriori Ioannes Berga Monachus Domus Scalæ Dei; anno 1376. Priori Domus Portæ Cæli, eique suffectus Simon antea absolutus à Prioratu Domus Scalæ Dei: anno 1390. Priori Domus Lapidis Refugij in Hungaria, illique præfectus Petrus Procurator Domus Brunæ; anno 1401. Priori Domus de Paular, eique subrogatus Pontius de Toleto eiusdem Domus professus; anno 1407. Priori Domus Bononiæ translato ad Prioratum Domus Sanctæ Crucis in Hierusalem Vrbis, & Priori Domus Vrbis absoluto, tàm ab officio Prioratus, quàm ab officio Procuratoris Ordinis, atque Priori Domus Pontiani translato ad Prioratum Domus Pisarum; anno 1417. Priori Domus Sancti Pauli in Gotholaunia, illique suffectus Ioannes Marem Professus Domus Scalæ Dei; anno 1441. Priori Domus de Axethome in Anglia, eique Domui præfectus Richardus Barton, tunc absolutus à Prioratu Domus in Henton; anno 1450. Prioribus Domorum Brugis, & Trisulei, suffecti in prima Thomas Procurator Domus Traiecti, & in secunda Gregorius eiusdem Domus Procurator: anno 1453. Priori Domus de Paulani, eique suffectus D. Ferdinandus de Caldera absolutus à Prioratu Domus de Ariago: anno 1473. Priori Domus Paduæ, cui suffectus Constantinus à Prioratu Domus Pontiani antea absolutus, & Priori Domus Sanctæ Crucis in Vrbe, cui subrogatus Hugo à Domo Padulæ pariter priùs absolutus; anno 1493. Priori Scalæ Dei codē instantissimè postulante, ibiq; præfectus Paschasius Procurator eiusdem Domus: anno 1500. Priori Domus Lucæ, eique subrogatus Paulus Bellonus professus Domus Venetiarum: anno 1518. vacante Prioratu Domus de Paular per obitum Ascentij mortui in itinere cum ad Capitulum proficisceretur, eidem Domui ab eodem Capitulo generali fuit præfectus Matthæus de Vegijs: anno 1536. fuit facta misericordia Priori Domus Sauo-

næ,

næ, eique suffectus Michael priùs absolutus à Prioratu Domus Casularum. & huic Domui præfectus Petrus absolutus à Prioratu Domus Sauonæ; anno 1546. fuit declaratus depositus à Prioratu Domus Scotiæ Simon Gallus, demandataque administratio eiusdem Domus Vicario in Spiritualibus, & Procuratori in temporalibus, si fortè Priore orbata existeret, ex quo longè distabat à Visitatoribus, donec per Ordinem fuisset prouisum de Priore: anno 1552. Priori Domus Maggiani, ibique præfectus Timotheus Prior Domus Florentiæ, Priori Domus Bononiæ, eique suffectus Gregorius à dicto Prioratu Maggiani absolutus; Priori Domus Bellignardi, qui missus ad habitandum ad Domum Pontiani, & subrogatus Hieronymus Procurator præfatæ Domus Maggiani, Rectori Domus Ferrariæ, & Prior institutus Ioannes Baptista à Prioratu Domus Bononiæ absolutus, Prioribus Domorum Parmæ, & Montis Benedicti, quorum Priori præfectus Bartholomæus ab hoc Prioratu absolutus, istique suffectus Rector eiusdem Domus ad Ordinis voluntatem: anno 1557. Prioribus Domorum Montelli, & Ferrariæ vnusque alteri subrogatus, Prioribus Domorum Casularum, & Mediolani, cui præfectus Archangelus à præfato Prioratu Casularum absolutus, & Domui Casularum præfectus Io: Iacobus ibidem munere Procuratoris fungens: anno 1557. Priori Domus SS. Stephani, & Brunonis ad suam instantiã facta fuit misericordia, suffectusque D. Basilius de Vrbino Prioratu Romæ absolutus, Priorque absolutus, iussus reuerti Domum Neapolis suæ professionis, ibique Vicariatum exercere ad nutum Ordinis; Item Priori Domus Capri facta misericordia, suffectusque D. Philippus de Balsamo Rectoratu Clarimontis absolutus, Priorque absolutus iussu exercere Vicariatum pro arbitrio Ordinis; Item Rectori Clarimontis facta misericordia, suffectusque D. Antoninus Professus Sanctorum Stephani, & Brunonis, & Vicarius Domus Neapolis: anno 1564. fuit facta misericordia Priori Syluæ Benedictæ ipsomet instante, eique Domui præfectus Petrus de Auriaco, nec non Priori Domus Sancti Brunonis in Calabria; eique suffectus Antonius Satrianus Professus, & Procurator eiusdem Domus: anno 1573. subrogatus est in locum Prioris Florentiæ cui facta fuit misericordia, D. Siluester Prioratu Parmæ anteà

abso-

absolutus; eodem anno Administratori Domus Casularum facta fuit misericordia, suffectusque in eius locum D. Hippolytus Prioratu Genuæ absolutus; Item Priori Domus Vallis Pisij facta fuit misericordia, suffectusque in eius locum D. Pacificus iam Prioratu Sauonæ absolutus: Item Priori Domus Parmæ facta fuit misericordia, suffectusque in eius locum D. Seuerinus Mediolani Vicarius; Item Priori Domus Genuæ facta fuit misericordia, suffectusque in eius locum D. Archangelus iam administratione Domus Casularum absolutus. Item Priori Domus Astensis facta fuit misericordia suffectusque in eius locum D. Iacobus ibidem Professus, Priorque absolutus iussus ire habitatum Mediolani ad nutum Ordinis. Item Priori Domus Sauonæ facta fuit misericordia, suffectusque in eius locum D. Angelus Genuensis Domus Professus: anno 1578. confirmatus fuit D Christophorus Noguerol institutus à Reuerendiss. Patre Carthusiæ in Priorem Domus de Paulari: anno 1579. Priori Domus Capri facta misericordia, suffectusque D. Andreas Mazarius Prioratu Romæ absolutus; Item Priori Domus Romæ facta misericordia, suffectusq; D. Io:Baptista PrioratuCapri absolutus:anno 1584. Priori Domus de Paular, eique suffectus Blasius de Carasco à Prioratu Domus Granatæ absolutus, & in Prioratu Domus Granatæ substitutus Bernardus de Castro à Domo de Paulari absolutus:anno 1592. Priori Domus Trisulti ad suam magnam instantiam, & propter suas infirmitates facta fuit misericordia, suffectusque D. Ioannes Baptista Canaualis Professus, & antiquior Domus Neapolis, Priorq; absolutus iussus reuerti Domū suæ professionis ad recuperandam sanitatem, ibiq; procurationem exercere: Item Priori Clarimontis ad suam magnam instantiam, & proptèr suas infirmitates facta fuit misericordia, suffectusque D. Bartholomæus Professus Vicarins Domus Padulæ, Priorque absolutus iussus reuerti Domum Caprearum suæ professionis sanitatis recuperandæ causa, ibique Vicariatum exercere pro libitu Ordinis: Item Priori Domus Romæ assumpto ad Prioratum Mediolani proptèr suas infirmitates, & Romani Cæli, vel aeris intemperiem, suæ naturæ valdè contrariam, facta fuit misericordia, suffectusq; D. . . . . Professus Carthusiæ, iam Prioratu Domus Sancti Spiritus Vrbis Lugdu-

Lugdunensis absolutus, constitutusque Procurator Generalis Ordinis ad omnia negotia Romæ expedienda; anno 1603. Priori Domus Parmæ ad aliam instituto, ibiquæ præfectus Petrus Maria Professus, & Vicarius eiusdem Domus: anno 1616. Priori Domus Bonæfidei, eique subrogatus Claudius Ianot Professus Domus Sanctæ Crucis: anno 1617. Rectori Domus de Paulari, & Conuentualibus eiusdem Domus ex speciali gratia concessa electio Prioris ad formam Statuti: anno 1631. Prioratui Domus de Couis vacanti fuit præfectus Franciscus Carauaca eiusdem Domus Professus, absolutus proindè è Prioratu Domus de Caralla: anno 1636. Priori Domus Capri ad suam magnam instantiam facta fuit misericordia, suffectusque D. Ioseph Caudinor Professus eiusdem Domus, Priorque absolutus iussus reuerti Domum Sanctorum Stephani, & Brunonis suæ professionis, ibique procurationem exercere: anno 1638. Priori Domus de Paulari alibi instituto fuit facta misericordia, eique suffectus D. Ioseph à Sancta Maria absolutus à Prioratu Domus de Couis: anno 1641. eidem Priori Domus de Paulari alibi instituto, & suffectus D. Franciscus de Loaisa absolutus à Prioratu Domus Granatæ: anno 1642. Rectori Domus Trisulti ad suam magnam instantiam propter senium, & frequentes infirmitates facta misericordia, suffectusque Dominus Hugo Recchius Prioratu Domus Padulæ absolutus; Item Priori Domus Padulæ ad aliam instituto facta misericordia, suffectusque Dominus Bruno, Ichesius Prioratu Capri absolutus: Item Priori Domus Capri ad aliam instituto facta misericordia suffectusque D. Vincentius Cagianus eiusdem Dumus Professus, & Vicarius Domus Romæ; anno 1644. Domui Conceptionis fuit præfectus Ioannes Franciscus Delmas absolutus à Prioratu Domus Aulæ Dei, & fuit facta misericordia Priori Domus de Couis, eique suffectus Blasius Dominguez à Prioratu Domus de Aniago absolutus. anno 1649. Priori Domus Sanctorum Stephani, & Brunonis facta fuit misericordia: anno 1655. Priori Domus Clarimontis ad suam magnam instantiam facta misericordia, suffectusque D. Vincentius Cagianus Professus Domus Capri: anno 1658. fuit facta misericordia Priori Domus Durboni ad aliam instituto, nec non

Prio-

Priori Domus Montelli, suffectusque in prima Stephanus de Sauuage, in secunda Anselmus Grauisio à Prioratu Domus Vedanæ absolutus: eodem anno 1658. Priori Domus Trisulti ad aliam instituto facta misericordia suffectusque D. Ioseph de Martino Professus, & Procurator Domus Neapolis; Item Priori Clarimontis ad suam instantiam facta misericordia, suffectusque D. Benedictus Braccus Prioratu Domus Trisulti absolutus, Priorque absolutus iussus eligere sibi Domum ad formam Statuti; anno 1670. Piori Domus Padulæ ad aliam instituto facta misericordia, institutusque D. Franciscus Maria Rocca Professus, & Procurator eiusdem Domus in Hospitio Neapolis; Item Priori Domus Neapolis ad suam magnam instantiam facta misericordia, institutusq; D. Nicolaus Marianus Domo Padulæ absolutus, Priorque absolutus iussus procurationem exercere in Grangia Vrsolonis: anno 1674. Priori Domus de Paulari alibi collocando facta misericordia, eique suffectus D. Augustinus de Salazar absolutus à Prioratu Domus de Aniago, in qua suffectus fuit D. Ioannes de Messa: anno 1675. Priori Domus Padulæ ad suam magnam instantiam facta misericordia, suffectusque D. Ambrosius Brancalassus Prioratu Capri absolutus, Priorque absolutus iussus procurationem exercere in Grangia Cadoslæ: anno 1678. fuit facta misericordia Prioribus Domus Maioricarum, & Domus Sancti Petri, vnique suffectus Dionisius Verdaquez, & alteri Ioannes Baptista Vaulnez anteà absolutus à Prioratu Domus Bellilarici: anno 1679. Priori Domus Padulæ ad suam instantiam facta misericordia, suffectusque D. Dominicus de Viuo ibidem Vicarius, Priorque absolutus iussus sibi Domum eligere ad formam Statuti; anno 1680. D. Hugoni Crudo Priori Domus Clarimontis à Patre Generali super annum instituto facta non fuit misericordia: eodem anno Priori Domus Parisiensis ad aliam instituto, eique suffectus Carolus Franciscus Maurin Professus, Vicarius eiusdem Domus, & Priori Domus Aurelianensis fortitèr instanti, cui suffectus Leo Heinselin à Prioratu Domus Parisiensis absolutus: anno 1682. Priori Domus Padulæ ad suam instantiam facta misericordia, suffectusque D. Nicolaus Maria Martianus Prioratu Neapolis absolutus, Priorque absolutus ius-

sus

ſus procurationem exercere in Grangijs; Item Priori Domus Neapolis ad aliam inſtituto facta miſericordia, ſuffectuſque D. Ioanne Scalſus Profeſſus, & Procurator eiuſdem Domus, itidemque Priori Domus de Paulari ad ſuam inſtantiam facta miſericordia, & in eius locum ſuffectus D. Ioannes de Meſſa abſolutus à Prioratu Domus de Aniago, in qua pariter ſubrogatus fuit D. Andreas de Lunar Prior Domus de Xeritio, iſtique taliter abſoluto ſuffectus etiam D. Auguſtinus de Salazar, abſolutus vt ſuprà à Prioratu Domus de Paulari: anno 1683. Priori Domus Triſulti ad ſuam magnam inſtantiam facta miſericordin, ſuffectuſque D. Iuſtus de Ambroſijs Profeſſus Padulæ, Priorque abſolutus iuſſus exercere procurationem; anno 1681. Priori Domus Neapolis ad ſuam inſtantiam facta miſericordia, Priorque abſolutus iuſſus exercere procurationem in Grangia de Summa, inſtitutuſque in Priorem D. Iuſtinus Monte Profeſſus, & Procurator eiuſdem Domus: anno 1687. Priori Domus Audomari ad aliam inſtituto, ibique præfectus Nicolaus Leſcaillet à Prioratu Domus Valencenarum abſolutus: eodem anno Priori Domus Triſulti ad ſuam inſtantiam facta miſericordia, ſuffectuſque D. Dominicus Cappellus Profeſſus eiuſdem Domus, & Vicarius Romæ, Priorque abſolutus, iuſſus reuerti Domum Padulæ ſuæ Profeſſionis; anno 1689. Domui Clarimontis Priore orbatæ datus Prior D. Gabriel Baſſus Profeſſus, & Procurator eiuſdem Domus; Item D. Ioanni Baptiſtæ Berger Priori Domus Romæ, & Procuratori Generali Ordinis, apud Patrem Generalem occupato, ſubſtitutus in vtrumque officium D. Ioannes Maria de Rochefort Profeſſus Cartuſiæ, tunc Coadiutor in eadem Domo; anno 1690. fuit facta miſericordia Prioribus Domorum Vallis Chriſti, & Maioricarum, abſolutus & ſecundò Ioachim Rinimelli Profeſſus, & Procutator eiuſdem Domus: anno 1693. Priori Domus Montis Sancti Petri ad ſuam inſtantiam facta fuit miſericordia, ſuffectuſque in eius locum D. Nicolaus Crippa Procurator Domus Papiæ, Priorque abſolutus iuſſus ire Domum Aſtenſem, ibique exercere officium Procuratoris in obedientià Bricchi: anno 1694. Priori Domus Mantuæ ad ſuam inſtantiam facta fuit miſericordia, ſuffectuſque in eius locum D. Antonius

Caſti-

Castilioneus Professus,& Procurator Domus Mediolani,Priorque absolutus iussus Domum Papiæ reuerti suæ professionis, procurationemque Domus exercere: eodem anno Priori Domus Capri, propter Senium, variosque morbos inhabili, facta misericordia, suffectusque D. Gregorius Salsanus Professus, & Procurator Domus Neapolis: Item Priori Domus Clarimontis ad suam instantiam facta misericordia, suffectusque D. Hugo Caputus Professus, & Procurator Padulæ, Priorque absolutus, iussus sibi Domum ad formam Statuti eligere: anno 1695. Priori Domus Trisulti ad suam magnam instantiam facta misericordia, suffectusque D. Angelus Cacciamanus Professus, & Procurator eiusdem Domus, Priorque absolutus redire iussus Domum Sanctorum suæ professionis, ibique procurationem exercere: anno 1696. Priori Domus Casularum ad aliam instituto facta fuit misericordia, in eiusq; locum suffectus D.Paulus Sanctus Professus, & Coadiutor Domus eiusdem: Item Rectori Domus Vallis Pisij facta fuit misericordia, suffectusque D. Ignatius Merlus Professus, ac Procurator eiusdem Domus, Rectorque absolutus iussus ire Domum Casularum, Vicariatumque exercere: Item Priori Domus Parmæ ad aliam instituto facta misericordia, suffectusque D. Basilius Riccardus Professus Domus Papiæ Procurator Domus Taurinensis: Item Priori Montis S. Petri ad suam instantiam facta misericordia, suffectusq; D.Bruno Tuscanus,iam Prioratu Casularum absolutus,Priorq;absolutus iussus reuerti Domum Papiæ suæ professionis, procurationemq; exercere in obedientia S. Columbani: Item Priori Domus Mantuæ facta fuit misericordia, suffectusque D. Hugo Accursius iam Prioratu Parmæ absolutus, Priorque absolutus, iussus ire Domum Sancti Pètri, procurationemque exercere: anno 1697. Priori Domus Clarimontis ad suam instantiam facta est misericordia, suffectusque D. Basilius Guidottus Professus, & Procurator Domus Padulæ, Priorque absolutus redire iussus Domum Padulæ suæ professionis, ibique procurationem exercere: anno 1699. Rectori Domus Sancti Petri facta fuit misericordia, suffectusque D.Hugo Caroccius Rectoratu Domus Taurinensis absolutus, Rectorque absolutus iussus ire Domum Sauonæ vt petebat: Item Rectori Domus Taurinensis facta fuit misericordia, suffectusque

 Domi-

Dominus Claudius Guichenon iam Prioratu Ripaliæ absolutus; Item Priori Domus Montelli facta fuit misericordia, Prioratusque facultas Patri Generali commissa, vt de his omnibus, & alijs pluribus patet ex Chartis in Capitulis generalibus singulis annis prædictis scriptis. Hæc enim exempla reddere rem indubiam explorati iuris est ex *l. Pretor ait 3. §. videamus ff. de collation.*, cum concordantibus per *Gallin. de verbor. signific. lib. 1. cap. 23. num. 9. Mar. Antonin. variar. resolut. lib. 2. resol. 56. num. 26. & 27. Actolin. resol. forens. 65. num. 11. Gobbium consul. decisiu. 18. num. 69. & 70.* Quod præcipuè dicendum quoad Ordinem Carthusiensem, in quo certè similia non essent acta, nisi fuissent iuxtà spiritum suarum Constitutionum, & Consuetudinum, cum idem Ordo nunquam à legibus suis, & bona institutione, sanctoque proposito ceciderit, vt scribunt *Iacob. Vuinfelingius in epitom. rer. Germanicar. cap. 29. Vverner. Roleuuinkius in fascicul. tempor. ætat. 6. ad ann. 1084. Nebrid. à Mundelheim in antiquar. Monastic. epist. 128. §. Inter hæc*, & alij, ac semper fuerit suorum Statutorum obseruantissimus, vt ait *Hurtad. resol. moral. de congrua lib. 1. in digress. singular. 1. num. 36. in fin. vers. verum est*; Imò in illo rigor antiquarum consuetudinum ità perpetuò fuerit seruatus, vt indè ab omnibus valdè venerabilis dijudicatus extiterit, vt adnotat *S. Antonin. Historiar. par. 2. tit. 15. cap. 22. §. 5. vers. certè valdè venerabilis est*, atque ex eo transcribunt *Cassaneus in Catalog. glor. Mund. dic. consid. 62. vers. & est venerabilis Religio, Grauina in oper. inscript. Vox Turturis dic. par. 1. cap. 12. Suarez de religion. tom. 4. tract. 9. lib. 1. cap. 4. n. 9. in fin., Hurtad. vbi mox num. 184. in fin. vers. quod verò in hoc Sacro Ordine, & n. 200. & 201.*

VII. Quinimò ex hac longissima, & perpetua praxi resultat ne dùm obseruantia interpretatiua, quam induci ex multiplicitate actuum nemini est controuersum, dùm aliàs ad eam inducendam satis essent duo, vel tres actus, vt præcipuè prò vindicanda iurisdictione cuiusdam Capituli generalis inquit *Megal. var. resolut. lib. 2. resol. 127. sub num. 7.*; imò sufficere vnicum actum, & aliquando fuisse obseruatum, quamplures voluerunt, quos referunt, & sequuntur *Crauett. cons. 118. num. 2. Lotter. de re benefi-*

nefi-

neficiar. lib. 2. qu. 47. num. 30. Rubeus de validit. legal. cap. 43. num. 16. Censal. decis. Lucens. 15. num. 115. Rota coram Caualer. decis. 80. num. 5. coram Buratt. decis. 679. num. 9. coram Cerr. decis. 824. num. 7. coram Bichio decis. 244. num. 37. in recent. decis. 248. num. 3. par.... & decis. 6. num. 9. pa. 4. to. 2. & decis. 396. num: 15. par. 9. quæ prorsus obseruantia est attenda pro explicatioue dictarum Constitutionum, seù Statutorum Ordinis, cum generale sit, quod quælibet dispositio declaretur per subsecutam obseruantiàm, nè dum, si verba alioquin essent dubia, sed etiam, si illa essent improprianda, & intellectus videretur in contrarium de iure verior, cum talis dicatur inesse sensus in verbis, qualem obseruantia, effectusque secutus demonstrat, ideoque id censeatur dispositum, & in lege, seù Statuto demandatum, quod fuit obseruatum, vt per *Textum in Cap. cum dilectus 8. de consuetud.* tradunt *Soccin. Sen. cons. 145. num. 2. lib. 1., Menocb. cons. 39. num. 29., Bertazzol. cons. ciuil. 97. num. 6., Franc. decis. 22. num. 5., Fontanell. decis. 457. num. 9. & 11. par. 2. Rocca disput. iur. selectar. cap. 171. nu. 8. lib. 2. Rota coram Buratt. decis. 444. num. 6. coram Dunozett. Iun. decis. 966. num. 17. coram Royas decis. 279. num. 7. inter Diuersor. decis. 574. num. 3. par. 1. in recent. decis. 375. nu. 9 par. 9. decis. 261. num. 8. par. 14. decis. 65. num. 12. par. 15. decis. 253. num. 8. par. 16. & decis. 210. num. 7. par. 17.* Absque eo quod hoc casu sit necesse, quod illa fuerit præscripta, vel in contradictorio iudicio obtenta, quia obseruantia interprætatiua non dicitur inducere nouum ius scriptum, contrà ius scriptum, sed declarat ipsam legem, seù Statutum, quod remanet in in sua vi, & vti lex sic interprætata disponit propria virtute, non autem alterius Iuris *Decian. cons. 124. num. 26. & 27. lib. 3. Io: Francisc. de Ponte cons. 41. num. 3. lib. 1. Ciarlin. contr. 106. num. 89. et seqq. Mans. consult. 170. num. 73. et seqq. Palma allegat. 497. num. 33. tom. 4. Rota in recent. decis. 316. num. 15 dec. 756. nu. 9. par. 9. decis. 169. num. 19. et seq. par. 12. decis. 520. num. 9. par. 13. decis. 212. num. 7. par. 18. dec. 32. num. 6. par. 19.*

VIII. Sed etiam ex præfata praxi resultat præcipuum, & pe-

culiare ius præbens meliorem titulum de Mundo, cum sit praxis, perenni sex sæculorum, & vltrà decursu roborata, quæ etiam in qualitate vnius Centenariæ satis est, vt Placitum Apostolicum, Constitutiones derogatorias, vel aliud quodlibet necessarium, & opportunum ius, siuè titulum adesse dicendum sit *Federic. de Senis cons. 234. num. 4. Marta de Iurisdic. par. 2. cap. 43. n. 65. Lotter. de re beneficiar. par. 2. qu. 7. n. 53. et seqq. Rota coram Buratt. decis. 875. n. 1. et 7. et decis. 938. n. 8. coram Merlin. decis. 45. n. 3. et seqq., coram Cels. decis. 193. n. 4. & in rec. dec. 218. n. 51. et seqq. par. 6. decis. 70. n. 1. par. 16. decis. 574. num. 10. et decis. 709. num. 11. par. 18. et decis. 136. num. 4. et seq. par. 19.* Ità quidem, vt neque quoad hoc fuerit necessaria contradictio cum acquiescentia Domorum Carthusiæ, cum Centenaria non se sistat in solis terminis præscriptionis, sed faciat præsumere priuilegium, vel aliud quodcumque ius, quod fortiùs adesse possit, cum tamen permanendo in terminis præscriptionis, certum sit Centenariam æquiparari immemorabili, & proindè præsumi adesse, quicquid fuerit necessarium prò validitate actus; ità quidèm, vt hæc dicatur præsumptio Iuris, & de Iure, quæ non admittit probationem in contrarium, iuxtà plenè cumulata per *Thesaur. quæst. forens. lib. 2. qu. 27. per tot. Fontanell. decis. 217. num. 20. et seqq. tom. 1. Solorzan. de Iur. Indiarum tom. 1. lib. 3. cap. 3. num. 73. 76. & seq. Rota coram Dunozett. Iun. decis. 494. num. 5. & in recent. decis. 253. num. 4. & 6. par. 13. & decis. 70. num. 1. par. 16.*

IX. Nec inficiari quis poterit, si forte obijciatur, quod, vel adesse possint particulares Domus, respectu quarum id non fuerit in praxim deductum, vel quidem adduci valeant aliqui actus, ex quibus elici possit, quod Capitulum generale post factam misericordiam Prioribus, Successorum electionem demandauerit Monachis Domorum particularium, quià obseruantia generalis Ordinis debet compræhendere etiam Domos illas, in quibus id non fuit practicatum, cum in re hac non sit necesse, quod obseruantia adsit quoad talem determinatam numero Domum, sed satis sit illam adesse, qua demonstretur Capitulum generale vsum fuisse hac Iurisdictione in Domos Ordinis, earumque Priores, vt in

omnes

omnes vniuersalitèr illam exercere valeat; cùm in his Causa vniuersalis dumtaxat sit attendenda, quæ omnes actus pariformiter determinat, vt in proximis terminis latè probat *Anton. à Spiritusanct. consult. moral.* 64. *num.* 21. *& seq. ac per tot.* & in similibus *Rota coram Royas decis.* 279. *num.* 10. *& in recent. decis.* 316. *num.* 12. *& seq. par.* 9. *decis.* 266. *num.* 4. *par.* 15. *& dec.* 251. *num.* 33. *&* 34. *par.* 19., & actus, quibus idem Capitulum post factam misericordiam aliquibus Prioribus, nouorum electionem demandauerit Monachis Domorum particularium, si qui adsunt non destruunt, sed magis confirmant Iurisdictionem Capitulorum generalium, quia, sicut in cæteris omnibus, ità in electione, non considerandus quis sit, ille, qui rem expediat, sed cuius auctoritate expediat, à quo proindè dicitur fieri actus, non autèm ab eo, qui illum exequitur, cum eligentes non ex propriæ facultatis, sed ex mandati viribus recipiant auctoritatem, vt est *Textus in cap. cum in aliquibus* 4. *de rescript. lib.* 6. & tradunt *Roman. cons.* 366. *num.* 1. *Crauett. cons.* 122. *num.* 3. & alij per *Valenzuel. cons.* 155. *num.* 14. *tom.* 2.; Regulare enim est, quod qui per alium facit, per se ipsum facere videtur, *cap. qui per alium* 72. *de regul. iur. lib.* 6.

X. Etiamsi forte in præfatis casibus fuisset dictum, quod Monachi Domorum particularium eligerent, *prout de iure*; Cum ex hoc minimè inferri valeat, quod eadem facultas eligendi non fuerit à Capitulo generali demandata, & quin illius auctoritate electio fuerit expleta, & quidem ex iure sibi ex huiusmodi consuetudine, vel ex Priuilegijs infra recensendis competente, ad quæ illa verba *de iure*, potiùs esse referenda communiter tradunt Doctores, quos lato calamo referunt, & sequuntur *Bertazol. de clausul. Instrum. claus.* 4. *gloss.* 35. *Gratian. discept. forens.* 99. *sub num.* 8. & ibi latè *Carol. Anton. de Luc. in animaduers. n.* 2. *Pignatell. consult. canonic.* 22. *num.* 3. *tom.* 4.; Præsertim attenta regula, quod ea tantum mandari potuerat, quæ quis habet iure suo, non alieno beneficio, de qua *in l. more* 5. *ff. de iurisdiction.*, vt sic censendum sit, quod Capitulum generale voluerit mandare non nisi ius eligendi iure proprio sibi, non autem iuris

communis beneficio Monachis competens, iuxtà notata per *Bellon. de mandat. iurisdic. cap.* 8. *qu.* 1. *num.* 30.; Vel saltem, quod quatenùs dicta verba essent referenda ad ius commune, non aliter essent intelligenda, quàm, quod in mandatis fuerit limitata potestas, & auctoritas ipsis tributa, atque præscripta forma in ea exercenda, vt nempe ijdem Monachi Domorum particularium, nomine, & auctoritate Capituli generalis illis vicibus eligerent, seruata tamen in electionibus forma à iure communi tradita, attenta natura illius dictionis *Prout*, quæ semper stat limitatiuè, itaut non ad substantiam, sed ad qualitates dumtaxat soleat referri, *Bartol. in extrauag. ad reprimendum in verb. Prout ad fin. vers. Item ex eo, quod, Surd. cons.* 335. *num.* 36. *Barbos. dict.* 294. *num.* 3. *Rota in recen. decis.* 158. *num.* 11. *par.* 5. Propterèaque verum semper sit dicere, adesse in re hac firmam, & peruetustam obseruantiam, quæ proindè sit seruanda tanquam lex, vt in istis terminis similis nempè obseruantiæ vigintes in suo Ordine Carmelitano dicit *Lezana consult.* 13. *num.* 74. *vers. esto enim*.

XI. Accedit ad eiusdem obseruantiæ maiorem confirmationem, quæ ipsis exemplis relatis antiquior est probatio, graue, & fidissimum testimonium Humberti de Romanis quinti Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum ab anno 1254. ad annum 1263. Viri doctrina, & religione perspicui, vt tradunt Trithemius, Sixtus Senensis, Bellarminius, Posseuinus, Miræus, Labbæus, Cauæ, nec non Michael Pius, Leander Albertus, Bzouius Maluenda, Altamura, & alij, qui Scriptorum, siuè Ecclesiasticorum vniuersè, siuè Ordinis Prædicatorum notitias præcipuè recensuere, quibus addendus *Theophilus Raynaudus in Mantiss. Indicul. Sanctor. Lugdunens. oper. tom.* 8. *siuè Hagiolog. Lugdunen. fol.* 105. hic enim Humbertus *in oper. de erudition. religiosor. Prædicator. impress. in Bibliothec. SS. Patr. nouissim. tom.* 25. *fol.* 456. *& seqq.* cum *in lib.* 2. de modo promptè videndi sermones circà omne hominum, & negociorum genus differat *tract.* 1. *sermon.* 24. instruendo Concionatores de ijs, quibus admonere debent Carthusienses, eorum Ordinis initia, & Consuetudines percurrendo, inter cætera sic inquit: *Septimum est in Sancta simplicitate, non siquidem habent aliquam regulam, sed Constitutio-*

tutiones, seù Consuetudines &c. Priores Ordinis ad Capitulum in prima Domo certo tempore ordinare solent in sancta simplicitate, quod bonum videbatur aliquibus, propter quod moderni astutiores, & viribus innitentes, turbauerunt pacem antiquam, quasdam nouitates volentes inducere, quas alij recipere noluerunt. Circa hoc ergò monendi sunt, quod de antiquitatibus videant, quia non quicquid est vetus, meliùs est, vndè non quicquid est nouum debent respuere; Alij verò monendi sunt quod antiquitatibus, quas Sancti Patres induxerunt deferre debent. ità quod eas non immutare conentur sine euidenti necessitate, vel vtilitate, ita quod apud eos locum habeat, & Columbina simplicitas, nec concurrat astutia Serpentina, de quorum vtroque Dominus monuit discipulos. Vndè cum hæc scripta fuerint intrà dictos annos 1254. & 1263. in quibus ipse Humbertus munus Magistri Generalis sui Ordinis gesserat, vt diximus, & testimonium reddant de more tunc vigente ordinandi Priores in Capitulo generali quot annis celebrari solito, & quodammodo præsupponendo morem illum à Patribus primitiuis iustitutum fuisse; non est, cur alicui dubitationi sit locus quod de antiquà, & approbata Ordinis consuetudine sit in Capitulo generali potestas, nedum illos absoluendi, sed & instituendi, & ordinandi; Præsertim cum iste Humbertus in controuersia exorta anno 1255. inter nonnullos Priores Domorum Ordinis Carthusiensis, super modo, & forma celebrandi Capitulum generale, fuerit vnus ex Iudicibus Compromissarijs, qui eamdem amicabiliter composuerunt, vt patet ex Alexandri IV. *Constitut.* 38. *inter priuileg. Ordin.*, qua Concordiam præfatam approbauerat, & authoritate Apostolica confirmauerat eiusdem integro tenore inserto, vbi pluries fit mentio eiusdem Humberti, quiuè propterea respiciens ad eamdem Controuersiam, instruxit suos Concionatores, Carthusienses monendos esse circà dictas nouitates, indèque nequeat dubitari, quod de moribus, & iuribus eius Ordinis fuerit apprimè informatus.

XII. Præterea animaduertendum, praxim hanc Ordinis Carthusiensis destituendi nempè, & instituendi Priores in Capitulo generali, esse antiquis Monachorum institutis, & ordinationibus, imò ipsius vitæ Cænobiticæ primordijs conformem, vt satis elice-

elicere est ex Regula Sancti Pachomij primi Monachorum in communi viuentium Patris, quæuè illi ab Angelo dictata perhibetur in eius vitæ actis, in cuius *cap.* 27. nedum annuarum harum Congregationum fit mentio, sed vlteriùs in Epistola, quam scripserat ad vniuersa Monasteria præcipuè in inscriptione, demandatur, *vt congregentur omnes Monasteriorum Principes, & Domorum Præpositi in Monasterium, quod vocatur Barim die mensis, qui apud ipsos AEgyptios vocatur Mensore, vt ritè omnium peccatorum, atque operum remissio compleatur*, vt legere est in *Codic. regular. ædit. per Holstenium fol.* 67. & 112. *ædit. romanæ*, & meminit *Gennadius de Vir. Illustr. cap.* 7., cuius Congregationis rationem, & quæ in illa tractarentur, fusiùs exponens S. Hieronymus *in Præfat. ad eamd. regul.* 6. inquit. *Mense, cui vocabulum est, Mensore idest Augusto, instar Iubilei, remissionis dies exercentur, & peccata omnibus dimittuntur, reconciliaturque sibi, qui aliquam habent simultatem, & disponuntur* Monasteriorum Capita Dispensatores Ministri, prout necessitas postulauerit, vt legere est in *eod. Codic. regular. fol.* 61. & apud *Biuarium de veter. Monach. lib.* 3. *cap.* 6. §. 2. *sub num.* 16. *vers. omnium Monasteriorum Princeps fol. mihi* 269., vt propterea, cùm hæc, Capitulorum generalium, quæ apud Regulares omnes congregantur, specimen habere videantur, quinimò indè illorum antiquitatem repetere licere, iure asserant *Biuarius vbi mox* §. 3. *sub num.* 47. *fol.* 492. & *Martene de antiqu. Monachor. ritib. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 2., ità multò magis asserendum videtur, quod ex eisdem, mos Capitulum generale singulis annis congregandi, in eoque Priores absoluendi, seù remouendi, nouosque ordinandi, seù subrogandi in Ordinem Carthusiensem demanauerit, apud quem omnia videntur, quæ priscam Ecclesiæ primitiuæ seueritatem redolent, vt inquit *Anneus Robertus lib.* 2. *rer. iudicatar. cap.* 2. *fol. mihi* 330. *in princ.*, & præcipuè eam viuendi formam conseruet, quæ monasticæ antiquitatis imaginem præsefert, testibus *Cellot. de Hierarch. lib.* 5. *cap.* 5. *in fin. fol.* 262. *et Cassaing. de priuileg. regular. tract.* 1. *cap.* 2. *vers. Monachi in Cænobijs in fin. fol. mihi* 37., Adeo vt *Petrus Venerabilis in epistol.* 28. *lib.* 1. Carthusiensium propositum, cunctis latinorum

Eccle-

Ecclesiæ Monachorum institutis præferendum se intellexisse scripserit, vt in verbis relatis per *Bousquet in not. ad Epist.* 105. *Innocentij III. lib.* 2. *regest.* 14., *et Thomasin. in veter. et nou. Eccles. disciplin. de Benefic. par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 5., & iterùm dixerit, Carthusiensi signatæ, & famosæ Religioni adhæsisse Animam suam super omnes religiosæ professionis Congregationes, in alia Epistola apud *Mabillon. tom.* 3. *veter. Abalessor. fol.* 482.

XIII. Attenta præsertim expositione, quam Regulæ Pacomianæ Sanctus Hieronymus dederat paulò superiùs relata, dum alias est certum, quod quemadmodùm idem Sanctus Hieronymus præcipuus Monachorum tùnc in Palestina viuentium Doctor, nullas Monachis scripserat institutiones, sed omnia ferè eius scripta has inspirare visæ sunt, ità Sanctus Bruno primus Ordinis Carthusiensis Parens suam ducturus sodalitatem a dictandis regulis abstinuerat, cum Sancti Hieronymi scripta, & Sancti Benedicti Regula quicquid ad sui Ordinis institutionem necessarium videretur, satis superque elucidatum cunctis redderent, indeque propterea suas Consuetudines, & obseruantias regulares Monachi Carthusienses deduxerunt, vt apertè testatur Guigo in Prologo Consuetudinum à se æditarum, cuius suprà meminimus, & latè exornant *Biuarius dic. oper. de veter. Monachat. tom.* 2. *lib.* 4. *cap.* 4. §. 4. *num.* 1. *et Petrus Crescentius in Præsid. Roman. lib.* 1. *par.* 2. *Narraz.* 2. *num.* 21. *vers. viuono sotto la diuotione fol.* 486. *col.* 2.

XIV. Addito proindè, quod id paritèr in Regula Sancti Benedicti est quodammodo cautum; nàm licet in illiùs *cap.* 64. *de ordinando Abbate*, ex quo desumptus fuerat per Gratianum *Textus in Can. in ordinatione* 14. *distinct.* 61., id apertè non legatur sancitum de Capitulo generali complectente membra Monasteriorum subiectorum, cum de eo tempore Monachi Benedictini non regerentur dumtaxat Capite generali, nec eorum Monasteria in vnum veluti Corpus glutino perpetuo essent coagmentata, sed vnum quodque Monasterium à suo particulari Superiore, seù Abbate gubernaretur, vt colligere est ex *cap. ne Religiosi* 24. *de regular. et ex cap. in singulis* 7. *de stat. Monachor.*, *vbi Abbas.*

Panor-

*Panormitanus sub num.*4.& alij plerique id aduertunt; Attamen cùm postmodum fuerint in Congregationes redacti, pluraque Monasteria in vnum Corpus consociata, & singulares Abbatiæ sub vnius Abbatis Generalis imperio compræhensæ, sic primæuam, & puriorem regulæ disciplinam ex imitatione fundatoris restaurando, dum Sanctus Benedictus gesserat Præfecturam generalem Monasteriorum omnium, quæ ipse extruxerat, vt ostendit *Thomassin. in veter. et nou. Eccles. disciplin. de benefic. par.* 1. *lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 10., postquam demonstrauerat, id fuisse perfamiliare omnibus Monasticorum Ordinum Parentibus *antec. cap.* 23. *num.* 9. *et trib. seqq.*, & ante ipsum adnotauerat *Suarez de Religion. tom.* 4. *tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 2. *sub num.* 3. *et* 4. Congregatio Cassinensis, cuius sempèr incolumis, illibatusque fuit inter cæteras Ordinis Congregationes Primatus, vndè illius Abbas, seù Præsidens generalis, *Abbas Abbatum* dictus, vt *Chronico Cassinensi lib.* 4. *cap.* 59., & fatetur ipsemet *Thomassin. dic. cap.* 25. *sub num.* 6., & in cuius maiori Monasterio Montis Casini Sanctus Pater suam Regulam dictauerat, & in quo lex Monastici Ordinis Caput tenet, & Principatûm, vt inquit Zacharias Papa *in Constit.* 4. *num.* 7. *tom.* 1. *Bullar. Cassinens. Margarini*, & fusè probauit clar: mem: *Angelus de Nuce* quondam Abbas eiusdem Monasterij, & postmodum Archiepiscopus Rossanensis *in examin. Historic. impress. post Not. ad dic. Chronic. Cassinens. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 1373. *et seqq.*, peculiari declaratione ad presens in ipsa Regula inserta, statutum esse voluit, quod Abbates eligerentur per Capitulum generale, referendo se ad Priuilegia Congregationi indulta, quorum antiquiora sunt Eugenij IV. *Constit.* 53. *num.* 4. *et* 6. *et Constit.* 54. *num.* 2. *et* 7. *et Constit.* 57. *num.* 3., Alexandri VI. *Constit.* 110. *num.* 6. & Leonis X. *Constit.* 129. *num.* 5. *et* 9. *dic. tom.* 1. *Bullar. Cassinensi Margarini*, in quibus expressis verbis dicitur, eisdem indulgeri potestatem conuocandi quot annis Capitulum generale iuxtà antiquam, & laudabilem Congregationis consuetudinem; nec non, quod Capitulum ità congregatum, Abbates quoscumq, absoluere, & remouere valeat, ac Monasterijs vacantibus alios Abbates præficere, & ordinare, quos idoneos diudicauerit, &

qui-

quidem iuxtà præscriptum ab Ordinationibus, & Statutis eiusdem Ordinis, vt propterea non absonum sit dicere similem Ordinis Carthusiensis consuetudinem, tam ex antiquis Monachorum institutis, & ex Sancti Hieronymi scriptis, quàm ex regula S. Benedicti fuisse desumptam, indèque, *quod de Benedictinis Abbatibus dicitur, idem dicendum sit de Prioribus Carthusiæ*, vt sunt verba *Llamas in Summ. par.* 1. *cap.* 5. quæ repetit *Petrus Crescentius in dic. Præsid. Roman. par.* 1. *lib.* 1. *narrat.* 2. *n.* 30. *fol.* 21., præcipuè, cum in ipsa Religione Benedictina Priores priùs dicerentur ij, qui postmodùm Abbatiali dignitate fuerant donati, vt fusè adnotat *Caramuel. Theolog. regular. tom.* 1. *lib.* 11. *disput.* 124. *sub num.* 1573.

XV. Hinc ad labefactandam huiusmodi consuetudinem; minimè obesse poterit, quod in eisdem Statutis Ordinis *dic. par.* 2. *cap.* 2. *de electione Prioris*, cuicumque Domui Priore orbatæ, videatur tributum ius nouos eligendi Priores, ex quo Carthusiensi Ordine electionem Priorum localium spectare ad Domos particulares tradiderunt *Sigismund. à Bononia de election. et potestat. Prælator. regular. par.* 3. *cap.* 4. *dub.* 114. *num.* 4. *in fine Barbos. in Summ. Apostolic. decis. collect.* 502. *num.* 3. *et iur. Ecclesiastic. vniuers. lib.* 1. *cap.* 41. *sub num.* 185., *Illuminat. Moron. respons. moral.* 72. *sub n.* 4.; Nàm, vltrà quod inibi disposita, sunt dicenda procedere dũtaxat in casibus, in quibus fieret electio, præfiniendo formam eo casu seruandam, non autem, quod ex illis fuerit iussum, electionem semper esse faciendam in Domibus particularibus, & quià Capitulum generale, tanquam Superiori potestate pollens, sua authoritate vtens, prætermissa electione possit prouidere Domui de Priore, iuxtà ea, quæ in similibus prorsùs terminis egregiè differit *Fagnan. in cap. nullus* 1. *sub num.* 52. §. *quemadmodum de electión.* innitens declarationi Sacræ Congregationis Concilij, quæ ad dubitationem sibi propositam *An vigore cap.* 6. *sess.* 25. *de Regular.* oportet semper facere electiones, vel possit aliquando Prælatus superior authoritate sui officij, prætermissa electione prouidere alicui Monasterio, vel Prouinciæ de Præfecto, vel alio Superiore; respondit, Concilium non iubere, vt semper fiat electio, sed quando facienda erit, seruanda forma præscripta *dic. cap.* 6.

XVI.

XVI. Animaduertendum, quod in dicto Statuto vnicè fit sermo de casu simplici ordinariæ vacationis in eadem Domo, vel per obitum Priorum, vel voluntariæ dimissionis; aut absolutionis factæ à Visitatoribus euenientis, illis verbis *Cum Priorem cuiuscumque Domus Ordinis nostri obire, vel dimittere Prioratum ad formam Statutorum nostrorum, vel etiam per Visitatores in actu visitationis absolui contigerit*; Vndè inibi disposita quoad electionem, non potuerunt procedere in casu vacationis in Capitulo generali contingentis ob misericordiam alicui Priori factam, maximè, si id euenerit ex eo, quod talis Prior fuisset dijudicatus rebellis, & in obseruantijs regularibus negligens, aut earum transgressor, quià, cùm tunc nequeat dubitari, quin remotio, seù depositio à gradu, fuerit facta ab eodem Capitulo generali, vtique ad illud spectare debebit noui Prioris institutio, & ordinatio, quià Superior destituendo manus apposuit, nec propterea decet, quod institutio, & ordinatio ad Inferiorem reuertatur, iuxtà regulam ab Interpretibus communitèr desumptam ex *Cap. vt nostrum 56. de appellat. et ex l. Minor autem Magistratus 19. ff. de Minor.* & præcipue per *Crauet. cons. 96. num. 10. in fin. et cons. 198. n. 3. et 4.*, *Riminald. Iun. cons. 144. n. 29.*, *Surd. cons. 558. num. 1. et seq.*, *Beroi cons. 35. num. 8. lib. 1. Valenzuel. cons. 94. num. 9. lib. 1.*, *Rot. in recen. decis. 394. num. 6. par. 19.* Et eodem modo, quo Paulus II. declarauit ad solam Sedem Apostolicam pertinere Collationem Beneficiorum omnium, in quibus Summi Pontifices manum apposuerunt, & cessare omnes facultates Ordinariorum, vel aliorum inferiorum Collatorum, ex quo per talem manus appositionem, effectus censetur in esse productus, *et in extrauag. ad Romani 14. de Præbend. inter Commun.*

XVII. Et comprobari potest ex antiqua Ecclesiæ disciplina, iuxtà quam Æcumenicæ Synodus in degradatorum à se Episcoporum Sedes, solebant per suum Præsidem consecrare alios, imò & in Cathedras apud se morientium, nam Nicæna Synodus in Sancti Philogonij Patriarchæ Antiocheni apud se defuncti locum, promouit Sanctum Eustatium, iuxtà ea, quæ totidèm ferè verbis adnotat *P. Christianus Lupos par. 5. Scol. ad Synod. General.*, *et*

Pro-

Prouincial. in dissertat. de Romana Episcopor. consecrat. §. *Schismaticus Ancyre Metropolita*, *vers. etenim fol.* 777.; Quibus fundamentis innitens Ecclesia Romana, vt ibidèm censet idem Lupus, constituit regulam de vacatione Beneficiorum in Curia, quod nempè soli Pontifici esset reseruata collatio, & prouisio Personarum Dignitatum, aliorumque Ecclesiasticorum Beneficiorum, quæ in Romana Curia vacassent, sublata eo casu quacumque Ordinariorum Collatorum facultate, vt approbando, & innouando antiquam consuetudinem declarauit Clemens III. siuè IV. *in cap. licet de præbend. lib.* 6., & ampliando Benedictus XIII. statuit procedere, etiam quoad quælibet Ecclesiarum, & Monasteriorum Regimina, & alia Beneficia Ecclesiastica, quorum in Curia fuisset facta renunciatio, seù resignatio, siuè depositio, vel priuatio, aut muneris consecrationis suspensio, *vt in Extrauag. ad regimen.* 13. *de Præbend. inter Commun.*, innouata à singulis Pontificibus, successoribus *in regul.* 1. *Cancellar.*, quod Doctores vnanimi consensu explicarunt intelligendum esse, etamsi priuatus, siuè depositus fuerit absens, & solum per Procuratorem se defenderit, vel verus contumax extiterit, vt alijs latè cumulatis fusè tradunt *Gargias de Benefic. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 75. & 79., *Gonzalez. ad regul.* 8. *Cancellar. glosf.* 15. §. 2. *num.* 8. & *seq.*, *Monet. de option. cap.* 3. *num.* 36., *Barbos. de offic.* & *potest. Episcop. par.* 3. *allegat.* 57. *num.* 24., *Lotter de re beneficiar. lib.* 2. *qu.* 27. *num.* 30. & 90., *Murga de Benefic. qu.* 3. *num.* 265. Hæc enìm, licèt dicantur de Papa, videntur habere locum in quocumque alio Superiore habente in suo genere similem potestatem, vt quià habeat potestatem priuandi, seù deponendi, proùt est in Capitulo generali Ordinis Carthusiensis, per ea, quæ notabilitèr animaduertit *Decius in dic. cap. vt nostrum* 56. *sub num.* 3. *versic*, *et quod hic dicitur in Papa de appellation.* iunctis traditis per *Gonzalez ad regul.* 8. *Cancell. gloss.* 52. *num.* 27. *et* 28.

XVIII. Sic in pari casu *Peyrinus de priuileg. regular. tom.* 3. *in additament. ad Constit. Clementis VIII. siuè cap.* 9. *sub num.* 10. differens ad quem spectet electio in suo Ordine, quando quis renunciauit electioni de se factæ in manibus Prælati, seù Genera-

nera-

neralis, dùm alias non aderat Statutum ſpeciale huic caſui prouidens, ſed ſolùm loquens de electione ordinaria in caſu mortis, vel depoſitionis, aut defectus in electione, proùt ferè eſt Statutum Ordinis Carthuſienſis des quo loquimur, & allata *in verſ. docet autèm*, regula ſuperiùs expenſa de appoſitione manus ſuperioris, nec non ſubdita *in verſ. ſed tamen in praxi*, conſuetudine ex non nullis exemplis elicita, quibus apparebat, quod eo caſu Generalis cum ſuis Collegis, in cuius manibus fuit facta renunciatio, Succeſſores deputauerat, poſtquam *in verſ. quare puto* dixerat, eamdem Conſuetudinem eſſe ſeruandam, quibuſcumque iuribus in contrarium non obſtantibus, quià tàm Ius Commune, quàm ſtatutarium poteſt conſuetudine abrogari, præſertim ſi ius, quod alicui fuit ab illo tributum, non ſit prohibens, ſed concedens; tandem, vt quæſtionem propoſitam, tàm prò ſuo Ordine reſoluat, quàm vt regulam generalem præfiniat, ità in fine concludit. *Quarè concludendum videtur vniuerſalitèr, quod electio facienda per renunciationem, debet fieri ab eo Prælato, in cuius manibus fuit facta renunciatio, niſi alitèr in caſu particulari Statuta ſpecialitèr decernant*; Ergò multò magis id erit dicendum de Capitulo generali, cuius maior èſt ratio, & cui originario, & natiuo quodammodo iure videtur competere huiuſmodi iuriſdictio eligendi, & ordinandi Priores, qui pari modo in eodem Capitulo muneri ceſſerint, & Prioratum, vel renunciauerint, ſeù dimiſerint, ſed etiam, quos per miſericordiam, ipſis factam, vbi id moris eſt, proùt in Ordine Carthuſienſi, idem Capitulum manus appoſuerit, eoſdem à Prioratu abſolutos, & remotos eſſe decernendo, cum Capitulorum generalium iuriſdictio ſit, nedum Præpoſitorum Domorum, & Monaſteriorum maior, vt tradit *Megal. var. reſol. lib. 2. reſol. 127. num. 4.*, ſed etiàm ſuprà omnes alios Superiores, vt notat *Murga ad conſtit. Benedictin. Hiſpan. ad Conſtit. 6. ſiuè 2. Alexandri IV. num. 524.*, cum habeat ſuprà omnes Domos, Monaſteria, ac Prouincias auctoritatem *Paſſerin. de election. canonic. cap. 3. num. 91. in fin.*, imò etiam habeat auctoritatem in ipſum Generalem, quem corrigere, & punire poteſt, indeque eſt ſemper illi Superior, *Sigiſmund. à Bononia de election., et poteſt. Prælator. par. 1. cap. 1. dub. 10.*

num.

num. 9. Lezena in Summ. quæst. regular. tom. 2. cap. 13. n. 12. & ad Mar. Magn. Seruitar. circà §. 8. num. 23., Portell. in dub. regular. verb. Generalis sub num. 4. vers. quod verò Capitulum generale, Samuel. de election. tract. 3. contr. 4. conclus. 6., Pellizar. in manual. regular. tract. 9. cap. 8. sect. 2. num. 62., Gibalin. scient. Canonic. tom. 2. lib. 5. cap. 7. sub num. 6. §. Supremus Superior versic. Et passim, Fragos. de regimin. Reipub. Christian. par. 2. lib. 11. disp. 24. §. 7. sub num. 10. vers. neque est dubium; Anton. à Spiritusanct. director. regular. par. 3. tract. 4. disput. 1. sect. 3. num. 47., & disput. 8. sect. 2. n. 37., Capon. discept. forens. 151. cap. 2. num. 48. tom. 3., atque eius potestas dicitur suprema, & supereminens, itaùt nedùm ei competant ea, quæ competunt Generali Ordinis, sed etiàm multò maiora, itaùt plura possit efficere, quæ per se non potest ipse Generalis, vt addunt *Pellizar ibidem num. 6. & Anton. à Spiritusanct. disput. 8. sect. 1. num. 10.*, præcipuè cùm repræsentando vniuersum Ordinem complectatur omnes particulares iurisdictiones quibuscumque Personis, aut Cænobijs, extrà Capituli tempus competentes, vt inquit *Bordon. var. resolut. tom. 2. cap. 78. num. 42.* cum quo consonant *Gargias in Politic. regular. tom. 1. tract. 6. difficul. 2. dub. 2. num. 3., Bassæus in florib. Theolog. verb. Capitulum in supplem. num. 11. vers. Capitulis Regularium, Lezena in Summ. quæst. regular. tom. 2. cap. 12. sub n. 6., Verricell. de Apostolic. Mission. tit. 4. qu. 97. num. 15.*

XIX. Potissimùm cùm hæc omnia fortiùs procedere videantur in Capitulo generali Ordinis Carthusiensis, & ad explicationem Statuti, de quo quæritur, dùm facultas in eo tributa Monachis Domorum particularium eligendi Priores in casu vacationis ordinariæ in Cænobio, seù Domo euenientis, maximè ob absolutionem factam Prioribus à Visitatoribus fuerit vsque ab anno 1647. à Capitulo generali limitata, & restricta, facta declaratione, quod id non esset ampliùs in potestate Visitatorum, nisi intercedente licentia Prioris Maioris Carthusiæ, qui, vti talis, est etiam Minister generalis Ordinis, vt cuique notum, & tradunt *Barbos. in Summ. Apostolic. decis. collect. 502. sub num. 10. vers. Et iste, & iur. Eccles. vniuers. lib. 1. cap. 4. sub n. 185.*

verſ. tota Religio , & Sammarthani fratres, in Gallia Chriſtian. tom. 4. *tit. Carthuſię Generales in princip. fol.* 968. *col.* 1. *lit. B. in fin.* quemadmodum legere eſt in eadem ordinatione inſerta poſt *num.* 1. *dic. cap.* 2. ibi - *Viſitatores, vel Commiſſarij de cætero non præſumant admittere reſignationem Priorum, vel facere eis miſericordiam ſinè licentia Reuerendi Patris*, & rursùs exprimitur in ipſis Statutis *ead. par.* 2. *cap.* 23. *de viſitationibus*, vbi *num.* 44. ità dicitur. *Neminem tamen Viſitatores abſoluant ab officio Prioratus, etiam ad inſtantiam, & importunitatem Monachorum, ſinè ſpeciali Commiſſione, et licentia Capituli generalis, vel Reuerendi Patris, niſi talem caſum inuenirent, quod manifeſtè immineret magnum damnum Domus, vel ſcandalum Ordinis, ſi abſolutio huiuſmodi differretur vſque ad Capitulum generale, monemus tamèn Viſitatores, ne facile ſcandalum, aut periculum magnum iudicent imminere*; quam ordinationem valuiſſe facere Capitulum generale, non videtur ambigendum, tam attentis Priuilegijs particularibus quoad hoc eidem à Summis Pontificibus indultis, vt à Clemente III. & Celeſtino III., quorum in principio meminimus, quæue in re hac referuntur à *Roderic. quæſt. regular. tom.* 1. *qu.* 41. *artic.* 2. *in fin.*, nec non ab Alexandro III., Innocentio IV. infrà referendis, quam ex eo, quod ità videatur quodammodò à iure communi *in cap. ſuper eo* 9. *de regularib.* per ea, quæ ibi tradit *Abbas Panormitan. num.* 6. *& à Sacro Concilio Tridentino ſeſſ.* 25. *cap.* 1. *de regular.* præfinitum, quemadmodum cenſet *Gargias in Politic. regular. tom.* 1. *tract.* 7. *num.* 4., quod nempè Capitulum generale ea omnia valeat præcipere, quæ neceſſaria cenſuerit, vt conſeruata diſciplina perſeueret, cum tunc dicatur fieri ſecundùm Regulam, ad quam id indirectè pertinet, & in qua dicitur implicitè compræhenſum, quibus proindè ſubditi obedire tenentur, vtpotè in voto obedientiæ incluſum, vt differunt poſt alios, quos referunt *Lezana in dic. Summ. quæſt. regular. tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 11. *Gargias in loc. allegat.*, *& antea tract.* 5. *difficul.* 1. *dub.* 1. *num.* 2., *Paſqualig. quæſt. moral. canonic.* 141. *num.* 5. *cent.* 2., *Pellizar. dic. manual. Regular. tract.* 9. *cap.* 8. *ſect.* 2. *cap.* 63. *& ſeqq. Angel. Auda à Lantuſca in Theatr. regular. verb. Capitulum*

num.

num. 1. *a Spiritusanct. dic. direct. regular. par.* 3. *tract.* 4. *disput.* 8. *sect.* 2. *num.* 54., imò possit vti hac potestate legislatiua, etiam faciendo ordinationes, quibus restringantur priuilegia, & facultates, siuè Personis, siuè Monasterijs sibi subditis competentes, qua ablatione posita, subditi, nec licitè, nec validè possunt illis vti, vt vltrà ea, quæ *in loc. allegat.* latè prosequuntur præceteris *dic. Pellizar. num.* 76. *& à Spiritusanct. num.* 56. *&* 57. benè probant *Roderic. quæst. regular. tom.* 1. *qu.* 17. *art.* 5., *Sanchez oper. moral. lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 18., *Tamburin. de iur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 16. *qu.* 9. *num.* 1. *&* 2., *Peyrin. de priuileg. regular. tom.* 3. *ad Constit.* 2. *Iulij II.* §. 3. *num.* 9., *Diana resol. moral. par.* 3. *tract.* 2. *resol.* 87., *Verricell. de Apostolic. mission. tit.* 4. *quæst.* 97. *num.* 15., *Megal. dic. resol.* 127. *num.* 4. *& seqq. ac per tot. par.* 2. *fr. Ioannes a Sanctis. Sacrament. in disquis. regular. de officio, & potest. Prioris Claustral. par.* 4. *princ.* 10. *illat.* 2. *num.* 212. *& seq.*, & in terminis electionis *Donat. in prax. rer. regular. tom.* 2. *tract.* 4. *de electoribus qu.* 32. *num.* 7. *ad fin.*, vbi præcipuè, quod Capitulum generale potest in electionibus suis subditis præcipere, nè vtantur ea facultate, quam habent etiàm à iure communi, nàm licet careat facultatem statuendi contrà ea, quæ à iure præsertìm communi fuerint præfinita, tamèn potest illi renunciare, vel eadem limitare, aut sibi subditos cogere, nè illis vtantur:

XX. Vt sic, cùm sit perquam clarissimum, quod Prior Maioris Carthusiæ sit subiectus Capitulo generali, & non minùs, quàm cæteri Priores misericordiam petere in illo tenetur, vt in principio ex ipsamet institutione Capituli generalis retulimus; vtique id, quod de ipso Priore, seù Generali dicitur, fortiùs erit dicendum de ipso Capitulo generali, vt generalitèr arguunt Doctores anteà relati, & præsertim *Gargias dict. tract.* 7. *diffic.* 1. *dub.* 5. *sub num.* 4. *in parenthesi ad verba Abbatis Panormitani ibi relata, & sub num.* 7., *& Bordon. dict. resol.* 78. *num.* 43. & procul dubio cùm idem Prior Maioris Carthusiæ vtatur facultate ipsius Capituli generalis, vt pro certo fuit suppositum in decreto illo ædito per san: mem: Vrbanum VIII. contra P. Testàm in principio relatò, quemadmodùm patet ex illius Causæ

 actis,

actis, & quemadmodum legitur adnotatum *in Margin. ad n.* 7. *dict. cap.* 2. ibi *Nota idest R.Patri Priori Domus Carthusiæ*, *cui soli committitur authoritas Capituli generalis*, *prout exprimitur num.* 56. *cap.* 22. *secundæ partis vid. etiam num.* 32. & 45. *præsentis cap.*, & *num.* 43. *et* 44. *cap.* 22., maximè, cùm non sine ratione dicatur id exprimi, & probari in locis ibi allegatis, cum *in dict. num.* 56. *siuè potiùs* 55. *dict. cap.* 22. id expressè legatur traditum, dùm dicitur, quod potestas eiusdem Prioris, & authoritas, *quam hactenùs habuit supèr annum authoritate Capituli generalis*, *eidem sempèr remaneat*, *et eadem supèr annum authoritate Capituli generalis vtatur*, & in cæteris Capitulis, tàm relatis, quàm alijs pluribus eiusdem Statuti persæpè, dùm de Priore supradicto fit mentio additur etiam alternatiuè Capitulum generale, vel è contrà, & præsertim *dict.num.*44. *cap.* 23. nupèr adducti in illis verbis *sinè speciali Commissione*, *et licentia Capituli generalis*, *vel Reuerendi Patris*, cùm dictio illa alternatiua *vel*, licet quoad dispositа vnum, & idem in effectu contineat *l.cum illud* 25. *ff.quand. dies legat. ced.*, *l. si illud* 27., *vbi Bald. ff. de legat.* 2., attamèn est propriè, & sui natura disiunctiua separans personas, tempora, & casus, vt per *l. Pediculis* 33. §. *Argento ff. de auro*, *et argent. legat. et in l. cum quidam* 4. *in princ. C. de verbor. signific.* dicit *Bart. in l. si quis ità legauerit* 32. *ff. de aur. et argent. legat.* & per *cap. inter cæteras* 4. *de rescript.* ibi tenet *Fagnan. num.* 11., & sic, quod Statutum intellexerit illo casu licentiam, seù Commissionem esse petendam vel à Capitulo generali, quando est congregatum, quod supremam, & absolutam habet, quoad hoc potestatem, vel à Priore Maioris Carthusiæ, quando illud non est apertum, vti eiusdem Capituli potestate, & iurisdictione fruente, & clariùs patet *ex Constit.* 17. *Iulij II. Bullar. nou. tom.* 2. *fol.* 478., qua declarauit omnes, & singulas personas, cuiuscumque status, gradus, & conditionis, vel præeminentiæ perpetuò debere esse sub obedientia Prioris Maioris Carthusiæ, & Capituli generalis eos copulando, & coniungendo per dictionem *Et*, quæ denotat æqualitatem terminorum in casibus copulatis, vt per *Text. in l. vnic.* §. *his ita C. de caduc. tollen.* tradunt *Iason. in l. Titiæ Textores*

res

res 36. §. *nihil differt num.* 4. *ff. de legat.* 1. *et in l. rogasti* 11. §., *si Seruus num.* 1. *ff. si cert. petat.*, *Natt. cons.* 582. *num.* 19., *Monach. decis. Lucens.* 55. *num.* 11., & quod qualitas existens in vno censeatur existere in alio ex copulatis, *Rota coràm Coccin. decis.* 2122. *num.* 9., quæ æqualitas, & æqualitatis eiusdem existentia certè adesse non possent intèr Capitulum generale, & Priorem Maioris Carthusiæ, cum istius potestas sit inferior illa Capituli generalis, quæ est sempèr maior, vt suprà probauimus, & sic non alitèr verificari valeant, quam dicendo, quod fuerit consideratum, quod potestas Capituli generalis fuerit eidem Priori communis facta, vndè si per Capitulum generale potuit totum id iurisdictioni Prioris Maioris Domus committi, multò magis erit dicendum idem valere per se eamdem exercere, ex regula, quod nemo dat, quod non habet, nec plus iuris potest in alium transferre, quàm id, quo ipse potitur, de qua in *l. Nemo plus* 55. *ff. de regul. iur.* ad rem expensam per *Pellizar. dict. cap.* 8. *sect.* 2. *sub num.* 61.

XXI. Cùm tamèn seposita etiam præfata ordinatione, & supposito, quod firma remanserit facultas Visitatorum eo modo, quo anteà videbatur ipsis tributa *in dict. cap.* 2. de quo loquimur, adhuc tamen ea non obstante esset dicendum, Capitulo generali non fuisse vetitum vti sua potestate in absoluendis Prioribus Domorum particularium, qui in eo misericordiam petijssent, vel quos Capitulum generale, vti Rebelles, & transgressores absoluendos dijudicasset, nouosque Priores in eorum locum instituendos, seù ordinandos, ponderando, quod tota ratio tributæ primitùs iurisdictionis dictis Visitatoribus, absoluendi Priores prædictos, & eo casu permissi iuris eligendi earumdem Domorum Monachis fuit, nè ob distantiam quamplurium illarum à Maiori Carthusia, magnum damnum Domus, vel scandalum Ordinis oriretur, ob diutinam vacationem, si pro noua electione Prioris fuisset expectandum arbitrium Prioris Maioris Carthusiæ, vel fuisset differenda vsque ad tempus, quo Capitulum generale esset congregatum, vt satis elicitur ex verbis suprà relatis *dict. num.* 44. *cap.* 23. iunctis traditis *num.* 6. *et* 7. *d. cap.* 2., quatenùs fuit dictum, quod si fortè Monachi alicuius Domus nolunt

elige-

eligere nouum Priorem, sed malunt sibi de illo per Capitulum generale, aut per Priorem Maioris Carthusiæ prouideri, facta per Vicarium interrogatione Conuentui, an velit pro nouo Priore habendo procedere per viam electionis, an potius super hoc per Reuerendum Patrem, aut Capitulum sibi prouideri, & iuxtà sensum maioris partis Domorum Conuentus fuerit responsum, *se velle eligere, debebit tunc Vicarius ibidem proponere, et coram omnibus tractare, an illa Domus distet à Carthusia vltra tres dictas; Nam si non distat, debebunt, antequam procedant ad electionem, significare Domui Priori Carthusiæ se esse orbatos Pastore, & petere ab ea, vt sibi prouidere dignetur, Domus autem Carthusiæ, idest R. Prior eiusdem Domus pro sua prudentia, & paterna Cura prouidebit orbatæ Domui, prout sibi magis expedire videbitur*, leges enim ex suis partibus sunt interprætandæ §. *ex hoc* 13. *instit. ad legem Aquil.* cum concordan. apud *Tabor. in Thesaur. locor. commun. lib. 9. cap.* 105. *axiom.* 2., & statutum vnum ab alio declarationem recipere debet, cum ità se habeat Statutum ad Statutum, sicuti lex ad legem *Altograd. conf.* 30. *num.* 11. & *conf.* 33. *num.* 20. *lib.* 2., *Palma allegat.* 249. *num.* 22. *tom.* 3., *Rota in recen. decis.* 499. *n.* 24., & 25. *par.* 18. Et quidem, vt sit supplendum, vel saltèm interpretatiuè extendendum id, quod fuit in vna parte expressum ad alteram partem, in qua fuit omissum, si aliàs deficientibus verbis ad vtramque partem possit trahi legis effectus per similitudinem rationis *ad Text. in l. oratio* 16. *ff. de sponsalib.* cum traditis per *Bald. in l. si furiosi* 25. *per illum Textum C. de nupt.*, & *Angel. in l. sciendum* 3. *ff. ad leg. Pompeiam de Parricid. cum alijs per Gallin. de verbor. signific. lib. 6. cap.* 1. *n.* 39. *et* 40., Vndè cùm ratio prædicta temporis protrahendi in damnum Domus, vel scandalum Ordinis cesset, dùm Capitulum est apertum, & congregatum; cum illicò subroget nouum Priorem in locum absoluti, manifestum est, quod Statutum permittens absolutionem Priorum Visitatoribus, & vnicuique Domui tribuens electionem Successorum, numquam voluerit compræhendere casum vacationis, & electionis factæ in Capitulo generali, arguendo à natura contrariorum, quorum cum contraria sit ratio, contra-

rius

rius itidem debet esse effectus; quod enim operatur propositum in proposito, id operatur oppositum in opposito, iuxtà plenè cumulata per *Tabor. in Thesaur. locor. commun. lib. 3. cap. 87. axiom. 10. et lib. 13. cap. 29. axiom. 3., et Rotam in recent. decis. 234. num. 22. par. 18.*, vbi, quod arguendo in ratione contrariorum, dicitur vterque casus determinatus.

XXII. Insupèr animaduertendum, quod quæuis facultas, quæ posset dici tributa Visitatoribus, quoad absoluendos Priores etiam antè præfatam ordinationem, & quodcumque ius, quod assere possent Monachi Domorum particularium, sibi competere, quoad eorundem electionẽ ea omnia vnicè profluerent à Capitulo generali, & ab illo in ipsos essent transfusa, & deriuata, cum certum sit, quod quemadmodùm in alijs Religionibus, in quibus vltrà Generalem, adsunt Prælati medij, & nationales, omnis iurisdictio, quam ipsi exercent, est per influxum Capituli generalis, dùm etiam iurisdictio ipsiusmet Generalis ab eodem Capitulo mediatè procedat, ipso tamen Capitulo ab Ecclesia, & Summo Pontifice immediatè illam habente, vt tradunt *Suarez de religion. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 2. sub num. 3. et seq.*, *Lezana dict. Summ. quæst. regular. tom. 2. cap. 13. num. 12.*, *Pellizar. dic. manual. regular. tract. 9. cap. 8. sect. 2. num. 60. in fin. Angel. Auda à Lentusca in Theatr. Regular. verb. Generalis, num. 2. vers. quam authoritatem*, ità multò magis in ordine Carthusiensi, in quo, sicut in alijs nonnullis Ordinibus Monasticis, non adsunt isti Prælati medij, nec præter Generalem, siuè Priorem Maioris Carthusiæ habentur vnius Nationis, vel Prouinciæ Prælati communes, sed solùm habentur Visitatores, qui non sunt Prælati Ordinarij, sed veluti specialem quandam Commissionem à Capitulo generali habentes, suisque locis, & temporibus exercentes, vt legere est in Statutis *dic. par. 2. cap. 23. præsertim num. 1. et 2.*, & tangit *Suarez in loc. mox allegat. nu. 5.*, quæcumq; eorumdẽ Visitatorum facultas à Capitulo generali dependens erit dicenda, vt animaduertit *Fragos. de Regimin. Reipublic. Christian. par. 2. lib. 11. disp. 24. §. 7. num. 4. ad fin. vers. Visitatores etiam*, vndè, cùm solùm Capitulum generale habeat supremam Iurisdictionem, vt anteà tradidimus, & ipsi

soli

ſoli ſit reſeruata poteſtas meri, & mixti imperij, vt adnotat idem *Suarez ibid. lib. 2. cap. 8. num. 4. ad fin. et num. 5.*, & quidem vt talis poteſtas apud ipſum reſideat per modum vnius, vt ex communi inquit *a Spirituſanct. ſuprà allegat. par. 2. tract. 3. diſput. 3. ſect. 2. num. 65.*, & propterea magis dicendum ſit, quod gerat perſonam Principis, quàm Generalis, qui talem perſonam repræſentare videtur, cum recognoſcat in Superiorem idem Capitulum generale, & ab illo ſuam poteſtatem habeat, vt pretèr tradita per eumdem *a Spirituſanct. ibid. par. 4. tract. 4. diſput. 1. ſect. 2. num. 7. et 8.* animaduertit *Tamburin. de iur. Abbat. tom. 3. diſput. 3. qu. 4. num. 6. ad med. verſ. nec habet locum*; ideò idem Capitulum generale tribuendo Viſitatoribus poteſtatem abſoluendi, & Monachis Domorum particularium facultatem eligendi Priores, nunquam poterit dici, quod illam voluèrit abdicatiuè in illos transferre, ſed dumtaxat cumulatiuè concedere, & ſic cum illis valere concurrere, eoſque præuenire eodem planè modo, quo de iuriſdictione data à Principe, ſeù alijs habentibus parem poteſtatem *ex cap. dudum 14. §. nos igitur de Præbend. lib. 6.* tradunt communitèr Doctores, quos referunt, & ſequuntur *Petr. Barboſ. ad l. 1. artic. 4. num. 109. et ſeq. ff. de iudic.*, *Caſſan. ad conſuetud. Burgund. rubr. 2. §. 1, gloſs. vlt. num. 30.*, *Sixtin. de regalib. lib. 1 cap. 5. num. 55.*, *Miſinger. obſeru. 99. per tot. centur. 6.*, *Antunez de donat. reg. par. 2. cap. 8. num. 14. et par. 3. cap. 34. num. 3.*, *Rota coram Burat. deciſ. 912. num. 4. et 5. cor. Merlin. deciſ. 152. num. 3. in rec. deciſ. 457. num. 14. et ſeq. par. 5.*, *et in Iuutnacen. Iuriſdictionis 26. Ianuarij 1682. in princip. et 18. Maij 1683. §. Domini ſteterunt coràm Emerix.*

XXIII. Vel ſaltem, cùm ſit certum, quod Capitulum generale habeat iuriſdictionem ordinariam, & quidem vniuerſalem in totam Religionem, vt poſt *Sotum*, *Victoriam*, *et Mirandam*, tradit *Megal. var. reſol. ſupra alleg. par. 2. reſol. 127. ſub n. 5.*, & Viſitatores atque Monachi, ſi quam habent facultatem, illam habeant, vti delegatam, & particularem, nullo modo per talem delegationem cenſendum erit, fuiſſe ademptam iuriſdictionem Capitulo generali, qui eam habet ordinariam, ſed sempèr erit di-

cenda

cenda data cumulatiuè, non verò priuatiuè, itaut pari modo sit locus præuentioni, vt post cæteros latè probant *Felin. in cap. Pastoralis* 11. *num.* 2. *vers. et regularitèr de offic. ordinar.*, *Decius cons.* 542. *num.* 7., *Fab. de Anna cons.* 107. *num.* 7. *in fin.*, *Vinc. de Franch. decis.* 147. *num.* 5., *Grammatic. decis.* 30. *num.* 5., *Cabed. decis.* 13. *num.* 1. *et* 2. *par.* 2., *Capic. Galeott. contr.* 57. *num.* 1. *et seqq. et num.* 5. *lib.* 2., & quidem, vt iurisdictio ista Ordinaria vti naturalis, & ideo fauorabilis debeat præualere in concursu cum delegata, eamque ad se trahere, vti accidentalem, proindèque odiosam, & debeliorem, vt differunt *Salgad. de supplicat. ad Sanctissim. par.* 2. *cap.* 33. *nu.* 62. *et* 63., *Marta decis. Pisan. vot.* 171. *num.* 2. *et* 3.

XXIV. Nec Monachi ad tuendam hanc creditam sibi facultatem eligendi Priores Domorum particularium etiam ob vacationem sequutam ob absolutionem eisdem factam in Capitulo generali, iuuari potuerunt dispositione iuris in *cap.* 1. *de election.*, *in cap. Monachi* 2. §. *Priores de statu Monachor.*, *in Can. Congregatio* 43. *caus.* 16. *qu.* 7., *in Can. Abbates* 3., *in Can. Abbatem* 4., *in Can. quam sit necessarium* 5. §. *defuncto*, *et in Can. Abbas* 8. *caus.* 18. *qu.* 2., quæ solent allegari ad firmandum quod Prælati Regulares à suorum Monasteriorum Congregationibus, seù Capitulis sunt eligendi, etenìm in nullo ex dictis iuribus, si benè aduertantur id directè fuit cautum, maximè prò decernenda huiusmodi facultate Capitulis localibus priuatiuè quoad Capitula Maiora eiusdem Ordinis, sed solùm id fuit ibi dictum per modum rationis, & congruitatis, & quidem diuersis respectibus, quæ, aut nequeunt ampliùs habere locum, aut casus alienos determinant; Cùm ea omnia, vel fuerint decreta quoad electionem illorum Prælatorum Conuentualium, qui habent Parochianos, & Populum, atque auctoritatem perpetuæ Prælationis, nec proindè intelligi possunt disposita de Prioribus temporalibus, quiuè habent solos Monachos, vt post *Gloss. in cap. Monachi* 2. §. *Priores verb. non mutentur de stat. Monachor.* tradunt *Archidiacon. in Summ. Caus.* 16. *qu.* 2. *num.* 5., *et Fagnan. in dict. cap. Nullus* 1. *num.* 47. *et* 48. *de election.*, vel tradita pro regulanda Episcoporum auctoritate quoad hoc in Monachos,

qui-

quibus tunc erant subiecti, nec dum ab illa exempti, & sub protectione Sedis Apostolicæ recepti (prout sunt hodiè ferè omnes Ordines Regulares, vt benè animaduertit *Nauar. cons. 2. de Regularib. num. 63. vers. addo secundo*) quemadmodum colligere est ex *Archidiacon.*, *Bellamer*, *Turrecremat.*, *Dartis, et alijs in dict. Caus. 18. qu. 2.*, vel ad repellendos, & excludendos laicos ab electionibus Monasticis in Ecclesijs Conuentualibus, etiamsi aliàs illas fundassent, & dotassent, quo prætextu etiam ipsi Abbates, & Capitula cum ijs compositionem faciebant, vt est casus in *cap. Sacrosancta 51. de elect.*, quod propterea fuit ibi declaratum irritum, & inane, tanquam res perniciosa, & Ecclesiasticæ libertati repugnans, cum ius merè spirituale, proùt est illud eligendi Prælatos Conuentuales, non possit cadere in laicos, etiam titulo Patronatus, quamuis alias ageretur de Patronatibus Regijs, vt articulo maturè discusso de ordine Summi Pontificis Clementis VIII., & vnanimi decem Auditorum tunc præsentium suffragio fuit resolutum per *Rotam coram Penia decis. 436. num. 3. et seqq.*, *ac per tot.* ad quem se refert *Frassus de Patronat. Reg. Coron. Indiar. tom. 1. cap. 4. num. 34.*, vel demùm respiciendo ipsos Monachos, tàm eligendos, quàm eligentes, quod nedùm non essent alterius Religionis, vel habitus, ex quo eo tempore id non erat indefinitè, ac vniuersalitèr prohibitum, proùt postmodum fuit vetitum per Clementem V. in Concilio Viennensi relato *in Clement. 1. de election.*, imò in multis Monasterijs contraria consuetudo introducta, ideòque tanquam noxia Ecclesijs sublata, cùm non possint cohærere, & benè coniungi ij, quibus studia, & vota diuersa sunt, quemadmodum post cæteros adnotat *Suarez de Religion. tom. 4. lib. 2. cap. 3. n. 11.*; Sed nec etiam essent diuersæ Cōgregationis, cùm illo religiosæ vetustatis æuo, Monasteria vnius Ordinis vnum Superiorem non haberent, sed quodlibet suum Prælatum agnosceret, vt superiùs tetigimus, quæ proindè nequeunt ampliùs habere locum postquā Monasteria non sunt ità diuisa, sed vnum Corpus faciunt, & ab vno Superiore, siuè Prouinciali, siuè Generali gubernantur ideoq; nil aliud desideratur ad præsens, quā quod eligendus sit eiusdem Religionis, seù Ordinis, atque eiusdem professionis, & habitus, quamuis non sit ex eadem Prouin-

cia,

cia, vel Domo, seù Conuentu, nec sit professus in eodem Monasterio, de cuius Superiore eligendo agitur, cum ex hoc isti Ordines dicantur habere talem vnitatem inter se, vt distinctio locorum, vel Prouinciarum prorsùs accidentalis reputetur, vt animaduertunt *Suarez de Religion. dic. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 6. num. 3.*, *Gonzal. in comment. ad cap. cum dilectus 8. sub num. 16. vers. postquam de consuetud.*, *Pirhing. in nou. method. iur. canon. lib. 1. tit. 6. sect. 8. §. 3. sub num. 172. §. notandum secundò*; Concludentes propterea, quod hodie in similibus electionibus nullum aliud ius est seruandum, quàm id, quod in singulorum Ordinum Statutis, & Constitutionibus fuit præfinitum, atque vsu, & consuetudine in illis receptum.

XXV. Quare, cùm in Ordine Carthusiensi adsint Statuta, & Constitutiones ex antiqua, & perpetua obseruatia interpretata, quod Capitulum generale faciendo misericordiam Prioribus Domorum particularium, possit Successores, nouosque Priores instituere, seù ordinare, isteque fuerit, & sit vsus, & Consuetudo ipsius Ordinis, eadem prorsùs est seruanda, nedùm, quià consuetudo valet in hoc iuri derogare, vt in istis terminis tradunt *Lezana in relat. super validit. cuiusd. Capituli impress. post tom. 4. quæst. regular. & repetit. inter consult. var. consul. 13. num. 74. & 86.*, *et ad Mare Magn., et regul. Carmelit. citrà §. 7. in explicat. cap. 1. regul. sub num. 74. et Peyrin. de priuileg. regular. tom. 3. in dic. additament. ad Const. Clementis XIII. siuè cap. 9. sub num. 10. vers. quare puto*: Sed etiam ex eo, quod similis Consuetudo, & vsus quibus electio Prælati localis prætermisso Capitulo proprij Conuentus, fit per Capitulum generale, vel per Superiores maiores non sunt dicenda iuri communi contraria, sed potiùs conformia, vt videtur colligi *ex dic. cap. Sacrosancta 51.* & ex ibi traditis per Doctores, & præcipuè per *Abbat. nu. 9.*, & *Layman. num. 3. de election.*, quemadmodum post *Geminian. in Can. decretis 1. sub num. 4. versic. secundo casu distinc. 61.*, *et Seluam de Benefic. par. 2. qu. 22. sub num. 18. vers. et dicit Dominicus*, *et vers. sed quid istud in fin.* luculenter docet *Fagnan. in dic. cap. Nullus 1. num. 52. de election.*, Atque præsertim, cum in eodem Ordine Carthusiensi vsque ab initio, ne-

 dum

dum omnes Domus fuerint ſub vnius Capitis imperio vniuerſam Religionem gubernantis, vt obſeruant *Abbas in cap. nè Religioſi 24. ſub num. 1: verſ. nota tertiò de Regularib.*, *et Suarez de religion. tom.4. lib. 2.cap.2:n. 3.ad finem verſ. Religiones verò*, ſed etiam Capitulum generale congregari cæperit, & quidem de per ſe Ordinem moderando abſque Epiſcoporum interuentu, & nulla ab ipſis in eo exercita iuriſdictione, vt patet ex notatis per eumdem *Abbat. in cap. in ſingulis 7. ſub num. 7. verſ. ſed dic quod de mente de ſtatu Monachor.*, imò potiùs ijdem Epiſcopi præfatum Capitulum in magna veneratione habuerint, ſicut elicitur ex Charta fundationis Carthuſiæ Luuignatenſis factæ anno 1177. à Galterio Epiſcopo Lingonenſi, *qua eam exemptam ab omni iuriſdictione ordinaria tradidit generali Capitulo dictæ Religionis in perpetuum corrigendam*, vt legere eſt *Tom. 4. Spicileg. Dacherian. fol.* 264. indèque refert *Martene de antiq. Monachor. ritib. lib. 3. cap. 27. num. 5.*, Et vlteriùs Priores Domorum eiuſdem Ordinis numquàm potuerint dici perpetui, ſed quodammodò obedientiarij Capitulo generali, in quo quot annis miſericordiam petunt,quodque illam pro lubitu eiſdem facere poteſt, eoſque ad nutum remouere, vt vidimus, & quidem, etiam mediante perſona Prioris Maioris Carthuſiæ,Miniſtri Generalis Ordinis ſuprà annum eiuſdem Capituli generalis authoritatem exercentis, vt fuit definitum à ſan. mem. Vrbano VIII. in ſuperiùs relato decreto contra P. Ægidium Teſtam, qui id acritèr contendebat, edito; Proindeque, quo ad hunc ordinem ceſſent, ſempèrque ceſſauerint ea, quæ jus commune ſtatuit, quoad alios Monachos habentes Prælaturas perpetuas, vel Epiſcoporum iuriſdictioni, aut particularium Prælatorum regimini ſubiectos.

XXVI. Cæterùm omnem contentionem dirimunt, remque hanc pænitùs claram faciunt antiquiſſima Priuilegia Sedis Apoſtolicæ, quibus, & aſſerta conſuetudo remanet patefacta, & Ordinis Statuta illuſtrata, & cuiuſcumque prætenſi iuris contrarij reſiſtentia ſublata, nec non iuriſdictio Capituli generalis Ordinis Carthuſienſis,quoad hoc ex Summorum Pontificum beneficientia confirmata, & approbata, imò nouitèr tributa, & indulta, vt per Alexandrum III. *inter Priuileg. Ordin. ſupra relat. Conſtit. 2.*,

dùm

dùm eiusdem maioris Domus Priorem Ministrum Generalem, Ordinis, & Monachos alloquens inter cætera: inquit, *ea, quæ generale Capitulum Ordinis vestri prouida circumspectione disposuerit, & ordinauerit de instituendis Prioribus, & ea etiam, quæ in Ordine salubritèr statuit, vel statuerit, & iustitiam, quam supèr illos fecerit, quos Ordinis rebelles esse constiterit, auctoritate Apostolica confirmantes, rata, & firma decernimus imposterum remanere, statuentes, ne cui liceat appellatione, vel alio modo institutioni Capituli vestri contraire*: Item per Innocentium III., qui similibus penitùs verbis eadem indulsit ibid. *Const.* 19., & per Innocentium IV. *Const.* 63., qui constituta per suos Prædecessores præfatos confirmans, iterùm rata, & firma perpetuò decreuit remanere dicens. *Ad exemplar fælic. recordationis Alexandri, & Innocentij Prædecessorum nostrorum ea, quæ generale Capitulum Ordinis vestri de instituendis, & destituendis Prioribus, ac de illis, qui Ordinis sunt Rebelles, & alijs, quæ in Ordine salubritèr, ac circumspectione prouida statuerunt, hactenùs, vel de cætero duxerint statuenda auctoritate Apostolica confirmantes rata, & firma decernimus imposterum permanere*. Huiusmodi enim Priuilegia cùm sint perpetua æquantur legi, & habentur ac si in corpore iuris essent inserta, vt in istis terminis dicit *Sigismund. à Bononia de electìon., & potestat. Prælator. par.* 3. *cap.* 4. *dub.* 120. *num.* 13., & generalitèr tradunt *Sanchez de matrimon. lib.* 8. *disput.* 1. *num.* 23., *Henriquez in Summ. Theolog. moral. de indulgent. lib.* 7. *cap.* 22. *n.* 3., *Layman. Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 23. *sub num.* 5. *vers. dixi autèm*, *Raggius de regimin. regular. centur.* 2. *tract.* 8. *dub.* 160. *conclus.* 2. *vers. dices*; *Murga disquis. canonic. disquisit.* 4. *dub.* 2. *num.* 2. *tom.* 2., *Illuminat. Moron. respons. moral.* 99. *num.* 119., *Vidal in Arca salutari siuè inquisit. moral. tit. de Vicar. Capitular. inspec.* 1. *num.* 38.

XXVII. Priuilegia verò præfata fuisse perpetuis futuris temporibus, & non pro vno, aut singulari Capitulo indulta, etiàm loquendo de prioribus Priuilegijs Alexandri III., & Innocentij III. non videtur contendendum, tùm quià sunt Priuilegia concessa Ordini Carthusiensi, eiusque Capitulo generali, quæ cum

 ex sui

ex sui natura sint perpetua, eodem modo perpetua sunt dicenda Priuilegia eisdem tributa, vt *ex Can. quæ semel sunt caus. 19. qu. 3.* tradunt *Suarez de legib. lib. 8. cap. 5. num. 3., Salas de legib. disput. 17. sect. 2. num. 8., Guinipar à Drepano in disputat. Commentar. prò iuris Pontific. defension. &c. disput. 1. qu. 3. cap. 4. num. 11., Donat. in prax. rer. regular. tom. 1. tract. 4. cap. 2. num. 12., fr. Anton. a Spiritusanct. Director. regular. par. 1. tract. 1. disput. 1. sect. 1. num. 15. & 16., Bonden. collect. legal. 37. num. 2. tom. 2., Vrceol. consult. forens. lib. 2. cap. 73. num. 22. & 23., Rota in recent. decis. 400. num. 13. par. 9. & decis. 199. num. 13. par. 12.*; Tùm quia non prodierunt occasione alicuius Capituli generalis, cuius confirmationem ipsa respicerent, sed per modum legis vniuersalis æditæ fauore Ordinis Carthusiensis, generalitèr confirmando institutiones, & destitutiones, quæ Capitulum generale fecerit sinè adiectione, aut limitatione temporis, & propterea tanquàm indefinita, & vniuersalia apta compræhendere omne tempus, tàm præteritum, quàm futurum, vt explicando simile indultum super iure eligendi animaduertit dictus *a Spiritusanct. consult. moral. 2. num. 10.*, & generalitèr in Priuilegijs, & gratijs, ac beneficijs Principum sunt *Textus in cap. ex parte 3. de Decim., & in cap. quia circa 22., & ibi Gloss. de priuileg.*, & adnotant *Perez de Lara de Anniuers. & Cappellan. lib. 1. cap. 16. num. 16., Tapia ad l. final. ff. de Constit. Princip. par. 1. cap. 4. a num. 1. ad 10., Castill. quotidian. controu. lib. 6. cap. 14. num. 14. & seqq.*, & vniuersè in alijs *Roland. a Valle cons. 61. num. 28. & 29. lib. 3., Menoch. cons. 4. num. 28., Couaruu. var. resolut. tom. 2. lib. 1. cap. 23. num. 8., Molesi decis. Gammer. Summar. Neapol. tit. de immunit. funct. fiscal. §. 2. qu. 6. num. 1., Rota coram Dunozett. Iun. decis. 651. num. 48. & in recent. dec. 284. num. 11. par. 18.*

XXVIII. Quod clarissimè innuunt verba quibus eadem Priuilegia fuerunt concepta ibi — *ea quæ generale Capitulum Ordinis vestri disposuerit, & ordinauerit de instituendis, & destituendis Prioribus*; quæ tanquam subiunctiui modi, seù temporis, semper important tempus futurum, Iason. *in l. 1. ff. quod quis-*

quisque iur., *Felin. in cap. ad hæc* 10. *de rescript.*, *Signorol. cons.* 151. *in fin.*, *Rebuf. super concordat. tit. de appellat.* §. *Præterea verb. & quandò subiunctiuum*, *Rota coram Coccin. decis.* 48. *num.* 7. ponderatis præcipuè verbis immediatè sequentibus, *& ea etiam*, *quæ salubritèr statuit*, *vel statuerit*, quæ neutiquam dici possunt fuisse restricta ad tempus vnius, & singularis Capituli generalis, sed apertè demonstrant fuisse factum discrimen inter vtraque tempora, præteritum nempè, & futurum, diuersimodè designata per verba paritèr subiunctiua, attenta etiam natura dictionis *Vel* ibi positæ, quæ sempèr ponitur intèr diuersa, iuxtà plenè cumulata per *Barbos. dict.* 415. *num.* 1., & ad declarandam Constitutionem Pontificiam pèr *Spad. cons.* 49. *sub num.* 1. *versic.*, *& hoc comprobatur tom.* 3., vt propterea sempèr verum sit dicere, quod dicta Priuilegia fuerint perpetua, maximè, dùm aliàs in Priuilegijs verba de sui natura in dubio sempèr intelligantur esse perpetua *Felin. in cap.* 2. *in fin. de tregu. et pace*, *Oldrad. cons.* 300. *num.* 3. *& seqq.*, *Tiraquell. in l. Boues* §. *boc sermone limit.* 8. *ff. de verb. significat.*, *Gironda de explicat. Priuilegior. cap.* 16. *num.* 704. *Verricell. de Apostolic. Mission. tit.* 4. *qu.* 96. *num.* 3., *Rota in recent. dic. decis.* 199. *num.* 11. *par.* 12.

XXIX. Et procul dubio, cum pro perpetuis fuerint perpetuò habita, & interpretata, nedùm à diuturna obseruantia plurium Capitulorum generalium, superiùs abundè explicata, sed etiam à Scriptoribus, quibus eadem Priuilegia recensere fuit occasio; Sic enim fr. Gregorius Prior Domus Montis Sancti Ioannis Baptistæ propè Friburgum Prouinciæ Rheni facta collectione Priuilegiorum Ordinis iussu Francisci de Puteo Ministri Generalis trigesimi quarti, quam ædi curauit Basileæ anno 15·0., cuius sæpe meminimus, addito eisdem repertorio materiarum in ijs contentarum *lit.* E. ità dicit: *Priores Ordinis nostri instituere, & destituere concedit Capitulo generali Alexander III. fol.* 1., & rursus eamdem Constitutionem Alexandrinam summando, siuè eidem Rubricam addendo, ità ibi scripsit: *confirmat institutiones factas*, *& faciendas per Capitulum generale*, *cum potestate instituendi*, *& destituendi Priores*, *& corripiendi personas*

Ordinis, *quibus non liceat appellare*, Sicuti etiam Renatus Chopinus I. C. Andegauensis, & in supremo Parisiorum Senatu celebris olim Aduocatus, ædito anno 1601. opere, cui titulus *Monasticon, siuè de iure Cænobitarum* in quo Monachorũ initia, instituta, & iura perpolita eruditaque scriptione, ac non vulgari doctrina percurrit *lib. 1. cap. 6. num. 6.* de Carthusiensibus loquens, inter cætera adnotans ex Rebuffo, quod Regia nominatio, qua in Gallia iure Concordatorum vtuntur, non procedit in Carthusiensibus Prioribus, cum per Regem libera sint relicta Ordini Comitia eorum cuilibet Conuentui legendorum, vt huius rei rationem subindicet, ità subdit; *nam eximio, singularique iure suffultum est Carthusiense sodalitium bullatis Alexandri III. Codicillis quinto Idus Iulias anno 1176. in hanc formulam: Confirmamus Institutiones factas, & faciendas Priorum per Capitulum generale cum potestate instituendi, & destituendi Priores, & corripiendi Personas Ordinis.* Horum verò Scriptorum, & Maiorum intellectum, & interpretationem rem hanc satis illustrare est in comperto, & patet ex traditis per *Gloss. in l. non puto 10. ad fin. ff. de iur. fisc. Anton. de Butrio in cap. 1. num. 3. de decim.*, *Benium de Priuileg. Iurisconsult. par. 3. priuil. 9. sub num. 1.*, *Bero cons. 78. num. 22. vol. 2. Martam decis. Pisan. vot. 6. num. 6. & 7.*, & in similibus terminis interpretationis nempè aliarum Constitutionum, & Diplomatum Summorum Pontificum per *Martium Cerchiarium in dissert. de de Sæcularitat. Canonic. S. Gregor. Bonon. §. Posteà verò ad fin. vers. & hæc fol. 54.*

XXX. At sepositis duobus istis Alexandri III., & Innocentij III. Priuilegijs, tertium Innocentij IV. nullam videtur recipere disputationem, quin dicendum sit fuisse perpetuum, & omne tempus siuè præteritum, siuè futurum compræhendere, tàm attento integro eius tenore nupèr relato, quàm inspectis verbis illis *de cætero*, quibus Summus ille Pontifex illud valere voluit, quorum est nota significatio, quod importent tempus futurum *Clemen. 1. & ibi Gloss. in verb. de cætero, cap. 1. de postulat. Prælator.*, *Menoch. cons. 461. num. 10. Aldouin. cons. 72. nu. 8.*, *Trentacinq. cons. 23. num. 3. lib. 2.*, *Mascabrun. cons. 26.*

num.

num. 48., *Valenzuol. conſ.* 85. *num.* 26. *& conſ.* 151. *n.* 23., *Rota coràm Penia deciſ.* 9. *num.* 8. Vndè, vel dicendum, quod ex hoc Priuilegio remanſerint declarata illa Anteceſſorum, ad quorum exemplar dicitur indultum, tàm ex eo, quod dicta verba *de cætero* demonſtrant, qualis fuerit mens Anteceſſorum, quotiès, proùt in præſenti adſunt aliqua verba id denotantia, iuxta latè deducta per *Bonden. collect. legal.* 37. *num.* 81. *& ſeqq. tom.* 2., quàm ex eo, quod vna lex aliam declarat, & priores ad poſteriores trahuntur, & poſteriores ad priores, de qua *in l. non eſt nouum* 26., *& l. ſed*, *& poſteriores* 28. *ff. de legib.*, *in l. vnic. in princ. C. de inofficioſ. dotib. in cap. cùm expediat* 29. *de electiòn. lib.* 6., & in alijs concordan. apud *Alexandrum conſ.* 85 *num.* 9. *vol:* 4., *& Rotam coram Bich. deciſ:* 198. *num.* 29., *coram Priolo deciſ.* 28. *num.* 17., *& in rec: deciſ.* 499. *n.* 24. *par.* 18., vel ſaltèm dicendum, quod, dùm eiuſdem Innocentij IV. par fuerit poteſtas, eademque voluntas, vt fuerat Alexandro III., & Innocentio III., & maior ab ipſo exercita, & explicata, quatenùs aliàs valeret dubitari, quod Anteceſſorum Pontificum Priuilegia reſpexerint vnicum Capitulum generale, & Conſtitutiones dumtaxat in eo factas, vel faciendas ſupèr inſtitutione, & deſtitutione Priorum, non autem faciendas pèr futura Capitula, quod tamen dubium eſſet contrà omnem iuris rationem, & verum eorumdem Priuilegiorum intellectum ſuperiùs expenſum, iſtud tamen Priuilegium, ſatis ſuperque eſſet, dum clarè loquitur de Prioribus inſtituendis à Capitulo generali impoſterùm, & quocumque tempore, quia cum tunc confirmans dicendus eſſet exceſſiſſe limites confirmati, ipſius Priuilegium importaret nouam Conceſſionem, quoad id, quod Priuilegia confirmata excederet, iuxtà ea, quæ *ex l. ius Ciuile* 6. *ff. de iuſt. & iure*, *& Gloſſa in cap. ſi Apoſtolicæ* 22. *ad verb. Præferri verſ. & per hoc de Præbend. lib.* 6. benè tradunt *Decius conſ.* 347. *num.* 7. *ad fin.*, *Vinc. de Franch. deciſ.* 192. *num.* 13., *Caſtill. contr. iur. lib.* 5 *cap.* 89. *num.* 71. *Tamburin. de iur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 18. *qu.* 1. *num.* 7., *Murga diſquiſ. Canon. tom.* 2. *diſput.* 11. *dub.* 17. *num.* 164., *Capyc. Latro deciſ.* 67. *num.* 12., *Rocca diſput. iur. cap.* 68. *num.* 13. *vol.* 1., *Rota coram Coccin. deciſ.* 894.

 num.

num. 17. Atque propterea semper verum erit asserere, quod Ordo Carthusiensis, quoad ius, & facultatem instituendi Priores in Capitulo generali habet Priuilegium Pontificium perpetuum, & indefinitum omneque tempus comprehendens.

XXXI. Confirmantur hæc omnia ex vsu, & praxi aliarum quamplurium Religionum, imò ferè omnium Ordinum Monasticorum, in quibus pari modo Priores, siuè Abbates Monasteriorum localium eliguntur per Capitula generalia, siuè alia Capitula Maiorum, nulla relicta quoad hoc facultate Capitulis Conuentualibus, siue localibus, vt testantur *Nauarr. comment.* 3. *de Regularib. sub num.* 3. §. *septimo confirmatur, vers. confirmatur item*, *Tamburin. de iur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 5. *qu.* 1. *num.* 3., *Barbos. in collectan. ad Can. Abbatem* 4. *num.* 1. *ad fin. caus.* 18. *qu.* 2., *Lauor. elucubrat. variar. tit.* 4. *cap.* 23. *num.* 21. *Pirhing. in nou. method. iur. canon. lib.* 1. *tit.* 6. *sect.* 8. §. 1. *sub num.* 253. *vers. Porro & si*, *Lezana dic. consult.* 13 *num.* 86. *ad med. & ad dic. Mare Magn. Carmelitar. circa* §. 7. *in explicat. cap.* 1. *regul. sub num.* 47. *vers. esse vero*, & *ad dic. Mar. Magn. Seruitar. circa* §. 41. *num.* 134. *et* 135. *Bordon. var. resol. lib.* 2. *resol.* 78. *num.* 44. *in fin. vers. tum quia, et num.* 45., Et quidem in aliquibus id etiam introductum, præter id, quod in Constitutionibus fuerat dispositum, vel noua Consuetudine, vel obtentis Priuilegijs particularibus, vel vtendo communicatione Priuilegiorum, quæ alijs Ordinibus fuerunt indulta, & omissis alijs, & præsertim Cassinensibus, qui morem hunc imitatione Fundatoris restaurarunt, vt suprà probauimus, ità in Congregatione Canonicorum Regularium Lateranensium Sancti Saluatoris, quamuis primitùs ex regula Canonicorum Regularium Abbates, siuè Priores locales instituerentur per electionē suorum Capitulorum, *vt in cap. Monachi* 2. §. *Priores*, *et ibi Gloss. in verb. mutentur de statu Monachor. et Canonic. Regular.*, postmodùm in Dietis, seù Capitulis generalibus vna cum aliorum Superiorum electionibus faciendas esse fuit Statutum *in Constit. par.* 3. *cap.* 26. *in fine*, & meminit *Noalis conf.* 102. *num.* 1. *in fin.*; In Congregatione Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Discalceatorum Regnorum Hispaniæ, quamuis iuxtà regularia

ria eorum instituta Ministri à Conuentibus eiusdem Congregationis eligi deberent. Paulus V. anno 1609. indulsit, quod ex tunc in futurum perpetuis temporibus ab vniuerso Capitulo dumtaxat eligerentur, vt retulit Gregorius XV. in similibus literis impressis apud *Castellin. de election. Canonic. cap.* 19. *num.* 9. *fol.* 408. *et seq.*; In Congregatione, quæ Montis Virginis nuncupatur, in Capitulo Generali fieri mutationes, & electiones Abbatum, & Priorum localium habetur apud *Carol. Marant. contr. respons.* 68. *num.* 2. *lib.* 5. *et Cardin. de Luca de regularib. discurs.* 15. *num.* 1.; In Religione Seruitarum Innocentius VIII. considerans, quod Conuentualium Priorum electiones eo firmiores essent, quo solemniùs celebrarentur, statuit, quod Conuentualium quorumlibet Priorum electiones in Capitulis Maioribus per fratres dicti Ordinis fieri consuetis, perpetuis futuris temporibus, iuxtà earumdem morem fieri deberent, nec fratres prædictos ad easdem alitèr faciendas teneri, & obligatos esse declarauit, ac quicquid secùs attentari contingeret, seù fieret irritum, & inane esse decreuit, vt legere est *in eorum Mare Magn.* §. 41. ibique adnotat *Lezana num.* 133. *et* 134., nec non *Sigismund. à Bononia de election. et potest. Prælator. par.* 3. *cap.* 4. *dub.* 14. *sub num.* 5., *et à Spiritusanct. in Director. regular. par.* 2. *tract.* 3. *disput.* 6. *sect.* 1. §. 2. *num.* 291.; In Religione demùm Carmelitana Capitulum generale, aut aliud Capitulum Maius, debere eligere Priores Conuentuales, non vero Conuentus locales nouis Constitutionibus à Sede Apostolicà approbatis fuit præscriptum, & si in regula contrarium videretur dispositum, vt latè referunt Consuetudinem hanc acritèr propugnantes *Lezana, et a Spiritusancto in locis allegatis* adducendo intèr cætera ad illius confirmationem prædictum Priuilegium concessum Seruitis ab Innocentio VIII., quod & ipsorum fauore tradunt vigore communicationis Priuilegiorum, quæ est intèr Regulares, vt sic, & eodem iuuari paritèr valeret Ordo Carthusiensis, quatenùs non haberet propria, & indiuidua Priuilegia, præcisè id ipsi indulgentia, proùt habere fuit demonstratum, cum Ordini Carthusiensi per Gregorium XV. *in sua Constit.* 42. *quæ incip. Ad vberes Bullar. nou. tom.* 3. *fol.* 324., fuerunt communicata omnia Priuilegia, & Gratiæ, tàm

in

in spiritualibus, quàm in temporalibus, quibusuis alijs Ordinibus, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium per quoscumque Romanos Pontifices indulta, & referunt *Nouar. in Lucern. Regular. verb. Carthusiani num.* 4. *Cassaing. de Priuileg. Regular. tract. 1. propos. 2. et 3.*, *Barbos. in Summ. Apostolic. decis. collect. 502. num. 31. et iur. Eccles. vniu. lib. 1. cap. 41. num. 183.*, *Augustin. à Virgine Maria de Priuileg. omn. Religiosor. verb. Communicatio Priuilegiorum num. 42.*

XXXII. Concurrentibus potissimùm fauore Ordinis Carthusiensis, nedùm rationibus generalibus, cùm ijs omnibus, qui simili more vtuntur communibus, quibus probatur, quod maior sit conuenientia, quod electiones Priorum, non fiant in Conuentibus, siuè à Conuentibus, quibus tales Priores præesse debent, sed, quod sint facienda in Capitulis generalibus, seù alijs maioribus, nempe illa tradita ab Innocentio VIII. in Priuilegio, quod indulsit Seruitis, quod electiones, quæ fiunt in Capitulis generalibus sunt firmiores, nec non alijs, tàm prò suo Ordine, quàm vniuersè pro alijs expensis per *Lezanam in locis allegat.*, & præsertìm ad *dic. Mar. Magn. Seruit. circa* §. 41. *num.* 135., *et dic. consul.* 13. *num.* 74. *post. Nauarram*, *Suarezium*, *et Perezium*, quos ibi recenset, & præsertìm, quod indè euitentur quamplura incommoda, & scandala, quæ ex electionibus, quæ in Monasterijs, & Conuentibus particularibus fieri contingent, persæpè oriri solent; Verùm etiàm concurrentibus rationibus præcipuis, & longe fortioribus, quibus manifestum fit, praxim, quam ab antiquissimo tempore seruat idem Ordo absoluendi nempè seù destituendi, & eligendi, siue instituendi Priores in Capitulis generalibus, esse, & semper fuisse ad stabilitatem Ordinis conseruandam, nedum vtilem, sed necessariam, itaut eam euertendo, non nisi scandalum & ruina Ordinis essent euentura. Nàm cum in Ordine Carthusiensi ea sit vitæ asperitas, & disciplinæ rigor, vt solummodò opera vitæ solitariæ, & contemplatiuæ à suis Monachis exerceantur, quemadmodum est in comperto, & obseruat *Bartholom. à Sancto Fausto in Thesaur. religiosor. lib.* 5. *qu.* 17. *num.* 5., dum manent separati, & inclusi in Cellis frequentes agunt vigilias, & quidem perpetua Carnium abstinentia,

hym-

hymnis, & sacris precibus dies, & noctes personant, semper soli edunt, nisi certis quibusdam diebus simul prandent, in quibus nemo comedens loquitur, nullusque in cibo strepitus est, vt patet ex eorum Statutis, & Ordinationibus, & summatim referunt *Nauarr. cons. 51. de regular. Lorich. in Thesaur. Theolog. verb. Carthusianus tit. 3, Robert. rer. indicat. lib. 2. cap. 2. Grauina in oper. inser. vox Turtur. par. 1. cap, 12. et 22.*, & alij, qui de eodem Ordine agunt, & præcipuè clausuram ità rigidè seruant, vt illa videatur quidam Carcer perpetuus, vt inquiunt idem *Nauar. Comment. 4. de regular. num. 31. vers. quinto quod hanc legem, et dic. cons. 51. de regularib. num. 3. Donat. in praxi rer. regular. tom. 1. par. 2. tract. 3. qu. 10. Rota in recent. decis. 95. sub num. 8. vers. Minus obstat et seqq. par. 6.* Vndè ipsi Monachi, quasi cælestis Carceris liberæ Custodiæ dicuntur addicti à *Boasquet. in not. ad epist. 165. Innocentij III. lib. 15. regest.*: atque solitudinem ità profitentur, vt inter eos silentium sit penè perpetuum, itaut eorum propositum propiùs vitæ eremiticæ, quàm Cænobiticæ videatur accedere; Vnde præfatus Innocentius III. Eremiticum Ordinem illum vocat *Epist. 106. lib. 12. regist. 14.*, quam viuendi rationem acri studio, & diligentia perpetuò ità illibatam, saluamque seruari curarunt, vt obtinuerint ab Honorio III. neminem Carthusiensium esse in illa à quouis molestandum, nec esse à solitudine distrahendum, vt *in Constit. 3. eiusdem Pontificis Bullar. nou. tom. 1. fol. 80.*, cuius mentionem faciunt *Nouar. in dic. Lucern. Regular. uerb. Carthusiani num. 3., et Barbos. in dic. Summ. decis. Apostolic. collect. 502. num. 4. et in dic. iur. Eccles. uniuers. lib. 1. cap. 41. num. 182. in fine.* Et cum per Sixtum Quartum anno 1481. per quasdam suas literas fuisset concessum, vt omnes, & singulæ Personæ Ordinis Carthusiensis, quæ Altaria in ambitu Ecclesiæ Domorum, in quibus degerent, deuotè visitarent, & ij, qui literis essent imbuti Psalmum miserere, illiteratis vero septiès orationem dominicam dicerent coràm ipsis Altaribus, certas Indulgentias in eisdem literis contentas consequerentur, porrectis per Superiores Ordinis precibus eumdem

mo-

monitum esse voluerunt, *quod occasione uisitationis dictorum Altarium datur facultas personis dicti Ordinis Cellas exeundi, & solitudinem infringendi, quae potissimum regularem obseruantiam conseruat*, hac ratione motus idem Pontifex commutauit visitationem Altarium in quasdam preces, & Orationes in Cappellis Cellarum, vel locorum, in quibus ex Ordine persoluuntur Diuina Officia, dicendas, & recitandas, vt in alijs litteris in forma Breuis, quae habentur *in Constit. 125. inter Priuileg. Ordin.*

XXXIII. Nec sine maxima ratione fuit in hoc per Ordinem sollicitè instatum pro conseruanda regulari obseruantia cum hac clausurae, & solitudinis rigorosa praxi, & mirabili constantia, ne dum idem magnis laudibus, & praeconcijs cõmendatus, & in summa veneratione fuerit semper habitus à Summis Pontificibus, Sanctis Patribus, Principibus, & clarissimis Viris, & à toto Christiano Orbe vt patet ex testimonijs, quae post alios fusè recenset *Theophil. Raynaud. in opusc. inscrip. Trias Patriarchar. vbi de Sancto Brunone punct. 11. oper. tom. 9. Hagiologic. exotic. fol. 54. et seqq.*; Verùm etiàm, vt cùm caeteri Ordines omnes Monastici, siuè illo antiquiores, siuè pares, aut posteriores magnas clades subindè acceperint, itaut fuerit saepius opus à magnis viris non sinè magno labore eos resarcire, & ruinas reparare, atquè ferè nouos Ordines ex antiquis videre, Carthusiensis Ordo illaesus, integer, & infractus steterit vt praecipuè post caeteros totidem ferè verbis latè diserteq; animaduertit *Gibalin. de clausur. disquis. 3. cap. 3. §. 2. num. 21. §. non paucis etiam*: quod sanè sibi ampliùs non contingeret, & non minus rueret, quam alij Ordines Monastici, si relicto antiquo rigore fieret absoluta potestas suis Monachis Domorum localium prò lubitu sibi eligere Priores, cum ex hac facultate fieret locus dissidijs, & contentionibus, oriretur ambitus in ipsis Monachis, cum quisque Prior esse cuperet, & frequentissimae essent mutationes, cum quaererent Causas, & praetextus, quibus extantes Priores essent à Visitatoribus absoluendi, & remouendi, vt plures eo munere fungi possent, & quod praecipuum est summè relaxaretur rigor clausurae, & solitudinis, ad quas etiam reuocare

cos,

eos, qui iam Priores extiterint, esset per quàm difficile, post quàm ea relicta cum alijs conuersari, & per Vrbem, & aulas vagari ob necessitates Domorum iam ipsis fuisset facta permissio; Vndè cùm hæc nequeant euenire, si absolutiones, & electiones iuxtà antiquam praxim fiant in Capitulo generali, *in cuius rigore tenetur vigor totius Ordinis, et robur consistere non dubitatur*, vt inquit Guigo Prior MaiorisCarthusiæ eius nominis secundus,&Minister generalis nonus *in Prolog. oper. de quadripertit. exercit. Cellæ impress. tom. 24. nouiss. Bibliothec. Sanctor. PP. fol.* 1469.; Et sanè si in cæteris omnibus, perquàm maximè in electione Priorum, dum prouida dispensatione, vt plurimum illos, quos aliquod crimen non irretiuerit, confirmat, vel, si vtilitas Religionis id expostulauerit, ad regendas alias Domos transfert, illos vero, quos criminosos, & transgressores existere fuerit compertum absoluit, & remouet, ne'aliàs sequatur scandalum, & antiquarum obseruantiarum relaxatio, sìc non plures Monachos, nec passim à clausura, & solitudine retrahendo; nec propterea videtur esse locus vlteriori disputationi, & quin fidenter sit dicendum, quod mos qui hactenus obtinuit, seruetur intactus, & quod Capitulo generali sit absoluta potestas instituendi, & destituendi Priores Domorum particularium; itaut si qui illam ampliùs in dubium vocare velint, *non defectui rationum, vel potestatis sed sui duritiei Cordis, et mentis peruersitati tribuere debebant*, vt vtar verbis, quibus aduersus eos, qui pari modo similem consuetudinem & potestatem Capituli generalis, sui Ordinis Carmelitani impugnare volunt, vtitur *Fr. Anton. à Spiritusanct. in sæpè allegat. director. regular. par.2. tract.3. disput.6. sect.1. §.2. num.291. in fine.*

XXXIV. Quod præsertìm dicendum de Carthusiensibus Monachis, *quos una Religio, et professionis uinculum alligauit, ut proindè nulla emulatio præsidendi, aut quæuis alia causa ad inuicem diuidere debet, sed caritatis uinculum in vnitate pacis conseruare*, itaut si quis id contendere fuerit ausus, *non nisi humani generis inimico, qui propter inuidiam in primos Parentes superbiæ fomitem, et emulationem seminauit, procurante, et instigante*

gante contingere posset, ex quo eorum desiderium, si effectum sortiretur non solum eorum, sed aliorum dicti Ordinis animarum periculum immineret, et eueniret, ac etiam *ipsa Religio in dies scissuram pateretur, et successu temporis ipsa Religio*, quæ inter cæteras asperioris, seù strictioris obseruantiæ existit, paulatim ad laxiorem *viuendi modum declinaret in ipsius Religionis uilipendium*, & depressionem, applicando verba, quibus per Priorem Maioris Domus Carthusiæ,& DefinitoresCapituli generalisOrdinis Carthusiensis tùnc existentes aliàs fuit petitū à Iulio II. Summo Pontifice, quod vellet Apostolicæ Sedis auctoritate prouidere contrà illos, qui tentarent alijs obedientijs subijci, quàm Capituli generalis, & Prioris Maioris Carthusiæ, sub cuius vnica obedientia omnes Domos dicti Ordinis citrà, & vltrà Montes, ac vbilibet commorantes existunt, & quemadmodum ob dictas rationes fuit ab eodem Summo Pontifice decretum. & perpetuò seruari demandatum in *sua Constit.* 17. superiùs laudata, cuius meminerunt in locis allegatis *Nouarius num.* 2. *et Barbos. num.* 10. *et* 185. quam Constitutionem eisdem prorsus respectis supplicationibus aliàs per Ordinis Superiores porrectis, & vt ea, *quæ stabiliendæ inter Religiosos Viros à sæculi turbis segregatos, et Altissimi obsequijs sub laudabili strictioris obseruantiæ instituto addictos, tranquillitatis studio prouidè, atquè sapientèr constituta, et ordinata esse noscuntur, firma sempèr, atquè illibata seruentur Apostolici præsidij patrocinio*, nupèr Sanctissimi Domini Nostri Innocentij XII. ad instantiam V. P. Ioannis Mariæ de Rochefort Ordinis Procuratoris Generalis vigilantissimi confirmauit, & corroborauit, nouis etiàm adiunctis sanctionibus, quibus excommunicationis pænam ipso facto, & absque vlla declaratione incurrendam, & non nisi à Summis Pontificibus pro tempore existentibus remittendam, voluit esse alligatos quoscumque, qui sub quouis quæsito colore, prætextu, vel ingenio eidem contrauenire auderent quomodolibet, seù præsumerent, vt in literis in forma Breuis *sub die* 23. *Iulij* 1698. & quidem summo iure, *cum tota Monachorum Religio obedientia sit, et sinè obedientia Monachus nihil sit*, quemadmodum *Monachi inobedientes, et suas uolun-*

tates

tates facientes, *& per hoc Deo non placentes* fuerunt edocti à Sanctissimo Brunone ipsorum Carthusiensium Fundatore, & Parente maximo in *exposit. de ordinat. Eccles. cap.* 10. *oper. recogn. à P. Theodor. Petreo tom.* 3. *fol.* 45. *colum.* 2. *litt. C. & D.*

Ex quibus &c.

Marcellus Seuerolus &c.

